IULIANI AURELIJ LESSIGNIENSIS...DE COGNOMINIBUS DEORUM GENTILIUM LIBRI TRES: AD CLARISS. & ERUDITISS...

Julianus Aurelius Haurech

IVLIANI Aurelij Leſſignienſis, IN SVPREMA MECHLINIenſi curia cauſſarum Patroni, de Cognominibus deorum gentilium libri tres: ad clariſſ. & eruditiſſ. virum Franciſcum à Burgundia.

ANTVERPIÆ TYPIS ANTONII Goyni Anno M. D. XLI.

Cum gratia & priuilegio.

Digitized by Google

Autores ex quibus

opus hoc conſlatum eſt.

Vergilius.
Horatius.
Ouidius.
Catullus.
Tibullus.
Propertius.
Lucanus.
Perſius.
Iuuenalis.
Claudianus.
Auſonius.
Pap nius.
Plautus.
Terentius.
Dionyſius interpres.
Amenus.
Rhenanus.
Martianus Capel.
Sedulius.
Cicero.

Varro.
Seneca.
Fulgentius.
Plinius.
Solinus.
Apuleius.
Quintilianus.
Lactantius.
Auguſtinus.
Feſtus.
Seruius.
Acron.
Viues.
Pomponius Letus
Eraſmus.
Budeus.
Celius.
Gellius.
Macrobius.
Marſus Faſtorum interpres.

Petrus Bembus.
Ioannes Annius.
Boccatius.
Pomponius Mela.
Liuius.
Valerius Maxim.
Iuſtinus.
Curtius.
Suetonius.
Herodotus.
Plutarchus.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laerti.
Suidas.
Heſichius.
Pauſanias.
Strabo.
Plato in Cratylo.
Ariſtoteles.
Lucianus.

NOBILISS.

ET ERVDITISS. VIRO FRAN-
ciſco à Burgundia Iulianus Aurelius
Leſſ. S. P. D.

CVM TANDEM ALIQVAN
do, quos de Cognominibus deorum
gentilium libros ſcripſeram, ma-
gna cum difficultate abſoluiſſem,
Franciſce generoſiſſ. ſimul ac do-
ctiſſ. eosq; typographis excuden-
dos iam tradidiſſem, neq; ſuſpicarer futurum unquam
aliquem tam impudenter improbum, qui in iis aliquid
calumniari auderet: ecce quorundam ſermonibus repen
te mihi nuntiatum eſt, extitiſſe moroſulos aliquos ac ſu
perſtitioſulos ſenes, qui inſpecto tantùm operis titulo
uociferati eſſent indignam me rem feciſſe, qui gentiliũ
nugamenta Chriſtianis hominibus legenda propoſuiſ-
ſem. Quod cũ præter ſpem mihi relatũ fuiſſet, ſanè du-
bitaui ſtatim mecum aliquandiu, utrùmne labores meos
in lucem proferrem, an potius eos cum tineis & blattis
perpetuò rixari permitterem. Verùm cum rem totam
paulo altius mecum reputaſſem, atq; ex Platonis ſenten
tia nos non nobis, ſed patriæ & amicis natos eſſe fre-
quenter audiſſem: non exiſtimaui facturum me honeſtè,
ſi propter unius atq; alterius indocti calumniatoris præ-
poſterum iudicium, publicam utilitatem quantum in me
eſſet non adiuuarem, præſertim cum nemo unquam fue

 rit tam

rit tam inſigniter eruditus, in quo non aliquid a Momis iſtis deſideratum ſit, ut nō admodum ægre ferre debeā, ſi mihi idem quoque uſu uenerit. Ceterum ut ſemicultis illis, & omnibus qui opus hoc propter explicatas in eo ueterū antiquitates damnaturi ſunt, in ipſo ſtatim operis limine ſatisfaciam, atq; etiam ſi fieri poteſt os obturem: proferam in medium ueteres aliquos theologos, qui in argumento ferè ſimili uerſati ſunt, & propter huiuſmodi ſcripta non modo non a quoquam reprehenſi ſunt, uerum etiam immortalem gloriam ſibi quæſiuerūt. Apud quem enim non eſt ſacroſancta Tertulliani & Lactantij uetuſtiſſimorum theologorum auctoritas? apud quē non eſt nomen eorum clarum & plauſibile? Et tamen gentilium ſuperſtitionis plena ſunt apud eos omnia. Diuo Auguſtino parem theologum neſcio an ulla unquā ſecula protulerint: et tamen tantus uir tam ſanctus tam Chriſtianus, tantum abeſt ut impium eſſe exiſtimauerit de Ioue atq; alijs gentilium numinibus commētarios texere, ut etiam opus illud in quo talia ſcribit, Ciuitatem dei uocare non erubuerit. Laudatus fuit olim atq; etiā laudatur hodie Fulgētius uir pius & doctus, et tamē nō putauit alienū eſſe a Chriſtiani hominis ſtudio gentiliū fabularum rationes explicare, licet eſſet iam ſenex & epiſcopus. Boccatium quoque pro emiſſa ſuperiorib' annis deorū genealogia non modo nō culpauit aliquis, ſed etiam literati omnes laudibus ad cælum tantū non extulerunt. Quod ſi piaculum eſt huiuſmodi res tractare, quare non iſtorum omnium opera dudum exploſa

ſunt?

ſunt? aut ſi periculum aliquod ex gentilitatis declara
tione Chriſtianiſmo imminebat, quare ad Ciuitatem dei
quam non ita multi propter antiquitatis ignorationem
intelligebant, noſtra ætate Ludouicus Viues uir non mi
nus pius quàm eruditus commentarios attexuit? aut
quare ad hoc faciendum Eraſmus eum incitauit? Quod
ſi obijciat aliquis ueteres Ethnicorum de Dijs ludibria
idcirco tractaſſe, ut eorum ſiue dementiam ſiue impie
tatem retunderent: uiciſſim & ego reſpondebo, ideo me
uarias iſtas deorum nomenclaturas in unum opus rede
giſſe, ut dum Chriſtianus lector tantum nominũ diuer
ſitatem offendet, deplorata gentilium infelicitate no
ſtram agnoſcat felicitatem, gratiasq; Deo optimo maxi
mo mecum agat immortales, qui noſtri tandem miſertus
nos per filium ſuum Ieſum Chriſtum à tam denſa erro
rum caligine liberarit. quod propoſitum meum cùm ab
miſſo tale fuerit, an erit aliquis qui illud ſuggillare au
debit? Quæſo quænam eſſet inuidia quod in alijs laudi
datum fuit, in me ſolo damnare? Nemo Auguſtinum, ne
mo Fulgentium, cum tamen & ſenes & Epiſcopi ſcri
pſerint, unquam reprehendere ſuſtinuit: & mihi uix
dum iuueniles annos ingreſſo fraudi erit, quæ ex uete
rum ſcriptis magna quondam diligentia annotaui, in
medium proferre, noſtriſq; hominibus legenda propo
nare? Cur ſtatuatur in me lex tam iniqua? An ideo uoca
bitur in diſcrimen noſtra perſuaſio, ſi puer intelligat
quare Iupiter Romanis Stator appelletur, aut unde Pi
ſtoris cognomen ſortitus ſit? Nonne grande crimen eſt

nebrijs mandare, quare Iunonem Romani Monetam uo-
carint, & unde Veneri cognomen Caluæ impoſitum ſit.
O ſecula, ô mores. Vbi eſt iudicium tuum ô Mome? ſi
nephas eſt iſta declarare, quare talia ex ueteribus libris
tanquam noxia non raduntur? Nam, ueterum [illegible]
nium autorum ſcripta ſimilium rerum plena ſunt. Si
probantur in aliorum libris, cur in meis reprehendan-
tur, in quibus tantum congeſta ſunt, & bona fide expo-
ſita? An non autem intelligis iſta cum damnas, damnare
te quoque non poeſim modo, ſed etiam hiſtoriã & omnes
bonas literas? Sed ubinam queſo legiſti gentilium li-
brorum lectione Chriſtianis interdictum eſſe? An non
diuus Baſilius Magnus maximi inter ueteres theolo-
gos nominis aperte ſcribit adoleſcentes non modo non
arcendos a legendis Ethnicorũ libris, ſed etiam eorum
cognitione inſtructos ad diſcendas ſacras literas ueni-
re paratiores? Vtrius iudicium præponderaturum pu-
tas, tuum ne, qui cœlum terræ miſces, ſi quid audis ex
prophanis autoribus in mediũ adducitur, an optimi & do-
ctiſſimi theologi, qui etiam maximã utilitatem ex eis
percipi poſſe contendit? Pulchrum profecto pulchrum
ſemper fuit antiquitatem nouiſſe, & quæ a ueteribus
ſcripta ſunt non ignorare. Cum igitur inter antiquita-
tes iſta cognomina iure haberi poſſint uel præcipua,
& eorum referta ſint omnia ueterum monumenta, ne-
moq; ex Latinis authoribus adhuc ea in uolumen ali-
quod ſeorſum redegerit: nonne magnum admiſi piacu-
lum, qui primus id tentauerim, uiamq; ad intelligendos

poëtas

poetas, orato[illegible] historiographos numeraverit, & lectorem con[illegible] unum volumen quæ ſparſim apud uarios legeb[illegible] meo quærendi labore leuauerim? Certè non [illegible] pro uero credam candidiſſimos & eruditiſſi[illegible] ſtudium hoc meum uehementer laudaturos, [illegible] uiros, pollice quod dicitur, pro cos accruationis [illegible] ore fauturos. Vtcunq; autem caſura ſint hominum de me iudicia, placuit contemptis Momorum calumnijs aleam iacere, exemploq; ueterum theologorum quæ collegeram typographis committere, ac tibi uir ampliſſime dedicare. Cui enim potius primos iuuentutis meæ luſus, conſecrarem, quam ei, qui morum probitate, & omnium maximorum artium cognitione nulli noſtratium ſecundus eſt: quiq; me contra uitilitigatorum calumnias & uult & poteſt illæſum ſeruare? Vulgatum quidem eſt multorum literis Artaxerxem Perſarum regem oblatam ab anicula quadam utraque manu aquam pari alacritate accepiſſe, qua munera à potentiſſimis monarchis miſſa accipere ſolebat. Videlicet non donum, ſed donantis animum princeps humaniſſimus intuebatur. Sim ego ſanè anicula illa, quæ aquam tibi obtulerit, & tu ſis, ſi placet, Artaxerxe[illegible] ut quemadmodum ille uetulæ munuſculum non aue[illegible] eſt, ita tu quoq; opuſculum hoc quamuis te indig[illegible] non aſperneris. Magnum quidem eſt ac laud[illegible] gaſtemmata numerare, & apud Diuum [illegible] manorum imperatorem ſemper Auguſt[illegible] dominum, eiuſq; germanam ſororem [illegible]

nam magna pollere autoritate. Sic patere ad reliquas
laudes tuas etiam hanc accedere, ut quemadmodum mul
tis naturæ dotibus inter cæteros facile principē locum
obtines, ita humanitatis quoq; gloria omnibus alijs an
teponaris. Certè ſi librum hunc ſi non aliunde, argumen
ti ſaltem nouitate commendabilem grato animo ac
ceperis, præterquàm quod largitus fueris, quod uole
bam, etiam hoc beneficio me tibi perpetuò deuinxeris.
Deſiderabis forſan in eo uenuſtam magis orationem.
Sed aliquid condonare te oportet iuris ſtudio, quod ali
quot iam annos ſic me detinet occupatum, ut phalerata
illa & picturata uerba non magnopere adfectem, nec
in iis ſtudioſius conquirendis immorari libeat. Nam q
ſuccinctius omnia tractauerim, cum poſſem copioſius;
ideo factum eſt, uel quod natura ipſa Laconiſmi
amantior ſim, uel quod hoc guſtu præbito le
ctorem ad ſingula fuſius perſequenda
inuitare uoluerim. Bene uale.

Mechliniæ octauo Calen.
Decembris. Anno.
1542.

IVLIANI AVRELII LESS. DE COGNOMINIBVS DEORVM Gentilium. Liber primus.

Veterum de Deo opiniones, & unde homines pro dijs coli, ſimulachriſq; effingi cœperint.

Caput primum.

NON AES RE FACTVrus mihi videor, ſi de varijs deorum gentilium cognominibus ſcripturus, ante omnia recenſuero, quid de Deo veteres ſenſerint Nam ea in re tot fuiſſe propemodum video ſentētias, quot homines fuerunt, alijs poſt alios nouas quotidie opiniones comminiſcentibus. Thales igitur Mileſius Deum eſſe dixit mentem cunctarum rerum ex aqua procreatricem, aquam enim putauit initium eſſe rerum omnium. Et Pythagoras nihil aliud Deum eſſe credidit, quàm animum per vniuerſas mundi partes diffuſum. Cleanthes autem & Anaximenes Deum ſtatuerunt aërem, eumq́; gigni, eſſeq́; immenſum, & infinitum, & ſemper in motu. Sed Anaxagoras ante eos mentē

infinitam, & Xenophanes mente adiuncta omne præterea quod eſſet infinitũ, Deum eſſe putauerunt. Plato verò cenſuit mundum ipſum, & cœlum, & aſtra, & terram, & animos Deum eſſe. & Ariſtoteles modò menti, modò ipſi mundo, modò cœli ardori omnem tribuit diuinitatem, quem ſequutus eſt & diſcipulus eius Theophraſtus. Sunt qui naturalem vim diuina ratione præditam, & naturalem legem Deum fecerint, vt Chriſippus & Zeno. Sunt qui naturam ipſam Deum ſtatuerint, vt Straton Theophraſti auditor. Qui & fuerunt, qui, ſint ne dij, dubitauerunt, & qui etiã eſſe omnino negauerunt, vt Protagoras, Diagoras, & Theodorus. De quibus omnibus nihil aliud habeo dicere, niſi q, licet ſummo excellentiq; ingenio fuerint, in hac tamen re grauiſſimè hallucinati ſint. Sed erit fortaſſis toleranda eorũ ignorantia, vt quibus præluceret tantùm naturę quędam bonitas, non autem Chriſtiana veritas patefacta eſſet. Lactantius tamen ad confundendam gentilium Idololatriam ex opinione tum Poëtarum, tum Philoſophorum, tum Oraculorum, tum Sybillarum euincere co-

natur

natur, etiam antiquiſſimis tēporibus nunquam dubitatum fuiſſe, niſi a male feriatis quibuſdam vnum eſſe Deum, licet non intelligerent qualis nam ille eſſet: ideoq́ue eos excuſari non poſſe, qui homines & eos ſceleratiſſimos in Deorum numerū retulerint. Et quando in iſtas hominū Apotheoſes incidi, non omnino videor mihi operam luſurus, ſi cum bona pars gentilium, Deum ſpiritum ac mētem vocauerint, cumq́ue animo colendum eſſe etiā libris editis teſtati ſint: breuiter oſtendero, vnde tanta deorū multitudo inuecta ſit, hominéſque iam morte deleti diuinis honoribus affecti ſint. Equidem, vt rem in pauca conferā, exiſtimauerim errorem illum ab impoſtore cacodæmone inductum fuiſſe. Nam cum ille malorum omnium autor ſit & parens, proculdubio & in hanc vel multò profundiſſimam erroris caliginem miſerorum mortaliū corda demerſit. Referunt tamen Ethnici ſcriptores iſtas hominum Deificationes conſecrationéſque propter merita vel virtutum, vel munerum, vel artiū repertarum à veteribus in memoriam inuētas. Sic enim ait Cicero in libris de natura Deorum. Su

cœpit vita hominum conſuetudoq; com-
munis, vt beneficijs excellētes viros in cœ-
lum tolleret. & in libris de legibus Diuos
& eos qui cœleſtes ſemper habiti ſunt, co-
lunto, & illos quos in cœlo merita locaue-
runt Herculem, Liberum, Aeſculapium,
Pollucem, Caſtorem, Quirinũ. & Horat.
in his ad Auguſtum verſibus,

Romulus & Liber pater, & cum Caſtore Pollux
Poſt ingentia facta, Deorum in templa recepti.

Hinc volunt Cererem, quia prima fruges
inuenit: hinc Bacchum, quia primus vites
plantare docuit, in Deorum cœtu locatos.
Lactantius quodam loco ſcribit ritum co-
lendorum Deorum à Iouis immodica ſu-
perbia fluxiſſe, ipſum enim ad tantam pro-
uectum eſſe arrogantiam, vt ſibi tandem
auſus fuerit diuinitatem impudenter ven-
dicare. Nam cum terras circuiret, morem
hunc habuiſſe, vt curaret ſibi templa de ho
ſpitum ſuorum nomine conſtitui. Sic ere-
cta eſſe delubra Ioui Atabyrio, Ioui Lapri-
ando (ita enim legit Viues, cum vulgo La
bradeo legatur) Ioui Molioni, Ioui Caſſio
qui omnes Iouis hoſpites atq; eius in bellis
adiutores fuerunt hocq; modo aſtutum ho
minem

minem paulatim religionem cultus ſui pro pagaſſe, cæteriſq; exemplum ad imitãdum prebuiſſe. Vide verò quemadmodum pedetentim cacodæmon ſuperſtitioſam antiquitatem magis atq; magis ludificatus ſit, cui non ſatis fuerat perſuaſiſſe, vt hominibus diuinitas tribueretur, niſi etiam credulos huc impelleret, vt conſecratis iam, templa dicarentur, ſimulachraq; & imagines ſtatuerẽtur, hoc eſt, niſi nouum crimen nouo crimine cumularet. Certè Perſæ aliæq; multæ gentes, licet patrio ritu Deos quidem colerent, eis tamen neq; templa ædificabant, neq; ſimulachra ponebant. Perſuaſerant enim ſibi Deum vbique præſentem eſſe, *atq; ire per omnes —*

Terrasq; tractusq; maris, cœlumq; profundum.

ideoq; ſtultiſſimum eſſe, velle eum certo aliquo loco concludere: & quia Deum nemo vidit vnquam, ridiculũ ſimiliter credebant eum ſpecie figuraq; humana repræſentare. Romani quoq; annis plus quàm centum & ſeptuaginta deos ſine ſimulachris coluerũt idq; ex inſtituto Numæ, qui licet tẽpla dijs erexerit, nullum tamen vnquam ſimulachrum vel fictum vel pictum admiſit, ne-

phas eſſe iudicans deterioribus meliora aſſimulare. Primus autẽ Tarquinius Priſcus vanitate & curioſitate Græcarum ſuperſtitionum Ethruſcarumq; domi imbutus, dijs ſimulachra Romæ poſuit, quod Varro probare non potuit, dum apertẽ ſcribit futurum, vt ſi abſq; ſimulachris religio manſiſſet, caſtius dij obſeruati fuiſſent. & verum dixiſſe Varronem autor eſt diuus Auguſtinus. Nam dum vnuſquiſq; ad cæcas ſtatuas mutaſq; imagines ſolùm attendit, fit, vt corruptibile ſimulachrum pro deo incorruptibili adoret, rebuſq; externis contentus, cum cœlum intueri deberet, ad inſenſibilia & terrena tantùm feratur. Et hoc eſt quod dolebat Sedulio poëtæ Chriſtiano, qui Gentilium & præcipuè Aegyptiorum idololatriam irridens ita ſcribit,

Heu miſeri qui vana colunt, qui corde ſiniſtro
Relligioſa ſibi ſculpunt ſimulachra, ſuumq;
Paſtorem fugiunt, & quæ fecere verentur.
Quis furor eſt, quæ tanta animos dementia ludit,
Vt volucrem, turpemq; bouem, toruumq; draconem,
Semihominemq; canem ſupplex homo pronus adoret?

Sed & Seneca inter Ethnicos ſanctiſſimus de ſimulachris ita loquit̃, Simulachra deo-

rum

rum venerantur, illis ſupplicant genu po-
ſito, illa adorant, illis per [illegible] afficient
diem, illis ſtipem iaciunt, victimas cędunt:
& cum hęc tantopere ſuſpiciant, fabros qui
illa fecere, contemnunt. Nolim autem hæc
de diuorum noſtrorum imaginibus intelli-
gas, quas damnare, cum ab vniuerſali Ec-
cleſia dudum in concilijs approbatæ ſint,
hominis hæretici ſit, & de fide perperam
ſentientis. Nam vt eas veneremur, maior
in nobis, quàm in illis, eſt ratio. Illi enim
dęmones, atq; etiam bruta animalia in ſuis
ſimulachris colebant: nos autem optimos
& ſanctiſſimos viros, qui dum vixerunt, mi-
raculis claruerunt, imaginibus repręſenta-
tos, vt apud Seruatorem noſtrum nobis pa-
troni eſſe velint, tantùm inuocamus. In qua
re quid quæſo eſt impietatis? Sed hæc
hactenus, nam ea altius perſcru-
tari alterius eſt inſtituti, &
ad operis deſtinati ar-
gumentum pro-
pius venire
animus
mihi iamdudum
ardet.

Quæ ſint Deorum inter ſe differentiæ, & quòd Dijs vterq; ſexus olim tributus ſit.

Caput ſecundum.

POST EXPLICATAS veterum de Deo opiniones, declaratamq; eorum in effingendis mortuorum ſimulachris idololatriam, poſtulat ordo ipſe rerum dicendarum, vt, quoniam gentiles, non omnes deos vnius faciebant poteſtatis (quibuſdam enim ex eis ſummam & præcipuam tribuebant autoritatẽ, & quoſdam conſtituebant illorum maiorum velut adminiſtros) hoc loco deorum diuiſionem paucis attingamus. Diuus Auguſtinus in præclaro illo opere, cui titulum fecit de Ciuitate Dei, quoſdam dicit appellatos fuiſſe Conſentes, quoſdam Selectos, cuius hæc ſunt verba, Quis enim ferat, quòd neq; inter Conſentes deos, quos dicunt in conſilium Iouis adhiberi, neq; inter deos, quos Selectos vocant, felicitas cõſtituta eſt. Ecce diſcrimen apertum inter deos Conſentes & Selectos. Conſentes autem dicti ſunt quaſi in eo quod gerendũ eſt, conſentientes. Appellãtur à Cicerone alio nomine dij maiorum

iorum

Digitized by Google

ſorum gentium, quaſi inter omnes alios principatum obtinentes, ad differentiam illorum, qui minorum gentium dicuntur. Erant autem dij Conſentes ſeu maiorum gentium numero duodecim; mares ſex & totidem fœminæ quos Ennius hoc diſticho complexus eſt.

Iuno, Veſta, Minerua, Cereſq́., Diana, Venus: Mars,
Mercurius, Iouis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Pomponius Lætus diligentiſſimus ex neoterics antiquitatis indagator, ſcribit horũ ſingulis ſuum menſem olim ſacrum fuiſſe. nempe Ianuarium Iunoni, Februarium Neptuno, Martium Mineruæ, Aprilem Veneri, Maium Apollini, Iuniũ Mercurio, Quintilem Ioui, Sextilem Cereri, Septembrem Vulcano, Octobrem Marti, Nouembrem Dianæ, Decembrem Veſtæ, idq́ ad exemplum Chaldæorum, & Aegyptiorum, apud quos ſingulis dijs (colebãt enim & ipſi duodecim præcipuos) ſinguli menſes erant attributi. His autem duodecim dijs Conſentibus, ſeu maiorum gentium, quemadmodum Cicero & Lanctantius eos appellare maluerunt, additi erant octo patritij, qui & ipſi magnos in mundi adminiſtratione ge

rere putabantur magiſtratus Ianus, Saturnus, Genius, Pluto, Bacchus, Sol, Luna, Tellus. vocabantur q; iſti dij Selecti; quanquam omnes ſimul coniuncti interdū Selecti dicerentur. Erāt ergo dij inſigniores numero viginti, duodecim mares, & octo fœminæ: & inter eos, duodecim veluti principes. Cōiungebant aūt omnes illos viginti hoc modo, Iouē & Iunonem: Apollinem & Dianā: Mercurium & Mineruam: Liberum & Cererē: Saturnum & Tellurē, omnes iſtos propter officiorū cōmunionem. Tum Martem & Venerē amaſios: deinde duos ignes Vulcanum & Veſtā: & duo mundi lumina Solem & Lunam. Ianum verò, Neptunum, Genium, & Plutonē, ſine fœminis relinquebant. Et hæc quidē de dijs Conſentibus ſeu Selectis. Erāt preterea dij quidā Incerti, quidam Ignoti. Incerti dicebantur, de quorum diuinitate adhuc ambigebatur, quales ſunt Panes, Syluani, & Nymphæ, de quib9 Ouidius in principio Metam, ſub verbis Iouis:

Sunt mihi Semidei, ſunt ruſtica numina Fauni,
Et Nymphæ, Satyriq;, & monticolæ Syluani.
Quos quoniam cæli nondum dignamur honore,
Quas dedimus certè terras habitare ſinamus.

Ignoti

Ignoti autē non erant ijdem cum Incertis: Nam de Incertorū diuinitate dubitabatur quidē, ſed tamen eorū nomina non ignorabantur, ſicut Ignotorū. Referūt Epimenidē Cretenſem dijs Ignotis ſacras aras in agro Athenienſi primū erexiſſe. Cū enim regio illa peſte laboraret, cōſultusq; Apollo reſpōdiſſet agros expiari debere, nec cui deo ſacra facere oporteret, aperuiſſet: cōſuluiſſe Epimenidē ꝑ agros dimittēdas hoſtias, & in quo loco quæq; cōſtitiſſet, ibi eā ſacrificandā eſſe deo Ignoto propitio. itaq; uſq; ad tēpora diui Pauli frequētes in terra Attica extitiſſe ſacras aras ſine noīe, q̄d etiā ex actis Apoſt. ꝓbari poteſt, in q̄bus ſcribitur diuū Paulū quiſnā eſſet deus ille Ignot9 explicaſſe. Erāt & quidā dij Medij, quos Medioximos Romani vocabāt: q̄dam infimi & quaſi terreſtres, q̄s dicebāt Heroës: quidā Semones, q ꝓpter meritorū exiguitatē nō omnino cenſerētur cœlo digni, cuiuſmodi ſunt Priapus & Vertumnus. Quidā Semones dici putāt eos, qui, quicq̄d ab aëre uſq; ad terrā interualli eſt incolebant, quiq; vota mortalium ad ſuperos deferebant, vt ſcilicet ijdem eſſent cū Medioximis. Diuus Auguſt. Ianū

vocari

Google

vocari credit Semonem, quòd ſeminio præ
ſit dum concipitur infans. Erant & dij Pa-
tellarij ita dicti, quòd patellis, quę vaſa erãt
in ſacrificijs vſurpari conſueta, placarentur
Plautus. *Dij me omnes magni, minuti, & Patellarij.*
& Ouidius.

Fert miſſos Veſtæ pura patella cibos.

Item quidam marini, quidam fontani, qui-
dam fluuiales, de quibus extant aliquot Lu
ciani dialogi. quidam etiam ab ijs officijs
quæ ſortiti erant, nomen conueniens nacti,
vt dea Cuba, dea Potina, deus Vitumnus,
deus Vagitanus, alijq; eius farinę innumeri.
quos omnes, ni fallor, vel minorum gentiũ
deos, vel plæbeios minutoſq; cum Plauto
rectè vocabimus. In hoc autem opere eum
ſequemur ordinem, vt primùm de dijs ma
iorum gentium tanquam præcipuis dica-
mus: deinde de octo alijs, quos ante diximus
Selectos appellari. De plæbeis autem nul
lum ſermonem habebimus, quòd ipſi nul-
lis aut paucis admodum cognominibus in
ſigniti ſint. Et quoniam inter Cõſentes, ſeu
maiorum gentium deos, Ioui principem lo
cum veteres tribuebant, ab eo auſpicabi-
mur. Verùm ante admonendus eſt mihi le

ctor

ctor, conſueuiſſe aliquãdo veteres dijs vtrũque ſexum tribuere, quemadmodum Valerius Soranus hoc diſticho teſtatur.

Iuppiter omnipotens, regum, rerumq́; deûmq́;
Progenitor, genitrixq́; deûm, deus vnus, & omnis.

& Vergilius ita legente Macrobio.

Diſcedo, ac ducente deo flammam inter & hoſtes
Expedior. vt ſit deo pro dea Venere. & Caluus antiquus poeta. pollentemq́; deum Venerem. & Leuinus. Venerẽ igitur almũ adorãs. Quòd ſumptum videtur ex Stoicorum dogmate, qui numina dicebãt vtriuſq; eſſe ſexus, hoc eſt, in agendo mares, in patiendo foeminas. Illud notiſſimum eſt eoſdẽ Stoicos vnum tantũm eſſe deũ credidiſſe, nominaq́; eius variari pro actibus & officijs. Hinc ſacrificaturam inferis Didonem Iouem Stygium pro Plutone nominare.

Sacra Ioui Stygio, quæ ritè incæpta paraui.

& apud eundem poetam Iunonẽ infernam dici pro Proſerpina,

Iunoni infernæ dictus ſacer.

Liberum pro Sole, Cererem pro Luna in principio Georg.

Liber & alma Ceres veſtro ſi munere tellus. &c.

Vnde hæc eſſe Iouis ad deos coeleſtes verba apud

ba, apud eundem.

Cœlicolæ mea membra dei, quos noſtra poteſtas
Officijs diuiſa facit &c.

DE IOVIS COGNOMINIBVS.

Caput tertium.

QVONIAM AVTEM MVLtos Ioues faciũt, multos Apollines, multos Mercurios, multas Veneres, & multas Mineruas, operę pretiũ mihi facturus videor, ſi lectorem duobus verbis admoneã, oĩa me Iouis, Apollinis, & cęterorũ cognomẽta ſub vnius tãtùm perſona toto hoc opere relaturũ. Nam præterquã q̃ hoc ad docendũ longe accõmodatius eſt, etiã ſupra cuiuſquã ingeniũ eſſe exiſtimo, vt quę cui Ioui, Apollini, Mercurio, Veneri & Mineruæ attributa ſint cognomina, diſtinguere valeat. Sed & quia expectare poſſet aliquis iſtorum cognominũ morales aliquas rationes; prę fandũ quoq; mihi eſt, non fuiſſe mihi propoſitũ, vt in his libris vllum deorũ cognomen cũ rerũ naturaliũ ratione coniungerẽ, non ſanè q̃ laborem ſubterfugerem, ſed quòd hoc pręſtare prorſus [illegible] [illegible] putarem. Nam vt fortaſſe facile ſit nõ

nulla

nulla ad phyſicen referre, ita eorũ, quæ à Io-
cis tributa ſunt, naturalem aliquã rationem
exquirere, non perinde certe fuerit factu fa-
cile. Itaq; nuda vocabulorũ explicatione
cõtentus ad rẽ ipſam nũc accingor. Dictus
eſt latinẽ, Iupiter à iuuando, quaſi iuuans pa-
ter; & grecè ζεὺς, quòd vt omnes interpretã-
tur, vitæ dator ſit; vel q̃ animantibus vitam
inſpiret. Verũ Lactanctius hanc etymolo-
giam irridet, magiſq; ei placet, vt ζεὺς dictꝰ
ſit, quòd primus ex liberis Saturni mari-
bus furtim à matre ſubtractꝰ vixerit. Quo-
modo enim, inquit, vitæ dator ſit, aut ani-
mas inſpiret, qui vitam aliunde accepit?
Appellatus etiam eſt à Latinis Optimus
Maximus, vt teſtis eſt Cicero in. 2. de Na-
tura deor. & in. 3. de finibus. & à Lacedæ-
monijs ἐπιδώτης, autore Heſichio, quòd mor-
talibus omnia bona dare putaretur. Erat
& Iupiter perfector, Iunoq; perfectrix (ſic
enim eos vocat Diodori interpres. Nã Græ-
cum codicem nondum mihi videre licuit)
ita dicti, q̃ hi primi duces perfectoreſq;
rerum omnium fuiſſe crederentur: & ξένιος
id eſt, hoſpitalis, de quo Vergilius,

Iuppiter, hoſpitibus nam te dare iura loquuntur.

&

& ἑταιρεῖος, id eſt, ſodalitij Iuris diſceptator. Huic Iaſon cum Argonautis ſacra feciſſe dicitur; & ὁμόγνιος, quem gẽtiles cognatióq; inuocabant: & φράτριος, id eſt, tribulis: & φίλιος, quòd amicitiæ præeſſet; & ὅρκιος, q. eſſet violati Iuſiurandi vindex. Huius autẽ Iouis Horcij ferunt eo in loco, vbi Eliorum cogebatur ſenatus, fuiſſe ſtatuam effigie horrendam, quippe vtraq; manu fulmina tenentem, credo, vt homines à periurio deterrerentur. Ariſtoteles in libro de mũdo, Cum deus, inquit, vnus ſit, multa nomina habet ab effectionibus varijs. Dicitur enĩ ζῆν, & ἀστραπαῖος, id eſt, fulgurator: & βρονταῖος id eſt, Tonans. & αἴθριος, id eſt, Serenator: & κεραύνιος, Fulminator. & ἐπικάρπιος, Frugifer & πολιεύς, Vrbicus. & γενέθλιος, natalitius. Apuleius verò videtur Ariſtotelem ad verbum tranſtuliſſe. ita in libro de Mundo ad Fauſtum ſcribens. Vnus eſt, inquit, deus, vnumq; numen pluribus quidem nominibus propter ſpecierum multitudinem, quarum diuerſitate fit multiformis. Nam à iuuando Iupiter dicitur, quem ζῆνα, quòd vitæ noſtræ autor ſit, rectiſſimè appellant. Idẽ Fulminator, Fulgurator, & Tonitrualis, ac

Sere-

Serenator dicitur, Plures Frugiferum vocant, multi vrbis cuſtodem, alij Hoſpitalē, Amicalemq́. Meminit etiam Ariſtoteles in eo, quē modo citaui libro Iouis ἑρκείου, Iouis ὑετίου, & Iouis πατρῴου. Dicebatur ἑρκεῖος, q intra vallos & ſepta domorum coleretur ferunt Priapum ad aram Iouis ἑρκείου à Neoptolemo interfectum, quod quodammodo Vergilius in ſecundo his verſibus innuit,

Ingens ara fuit, iuxtaq́, ueterrima laurus
Incumbens aræ, atq́, umbra complexa penates.

& paulo poſt de Neoptolemo loquens,

—hæc dicens, altaria ad ipſa trementem
Traxit, & in multo lapſantem ſanguine nati

Iupiter autem ὑέτιος, ſiue ὄμβριος dictus eſt latinis Iupiter Pluuius. Erat autem Athenis terræ ſimulachrum à Ioue pluuiam precantis, vt eſt apud Tibull,

Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres
Arida nec Pluuio ſupplicat herba Ioui.

Porrò Athenienſes Patrium Iouem, Patriumq́ Apollinem propterea cognominauerunt, quòd primi omnium eos in regionem ſuam exceperint, ſacraq́ ei per ſingulas tribus fecerint. Alij volunt Iouem tūc ab Athenienſibus Patrium appellatum:

C cum

cum poſt ipſius in Creta educationem ap-
paruiſſet: Apollinem vero vt patrem cultũ
quòd Creuſam Erecthei filiam vxorem du-
xiſſet. Macrobius tamen mauult Apollinẽ
vocatum Patrium, non ratione gentis aut
ciuitatis alicuius, ſed tanquam hoc autore
progignantur omnia. Sol enim prima cau-
ſa eſt rebus omnibus progenerãdis, & pro
Sole Apollinem poni credit. Scribit Pau-
ſanias ad platæam Bœotiæ ciuitatem non
procul à communi Græcorum ſepulchro
Iouis ἐλευθερίου, id eſt Liberatoris templum
fuiſſe, iuxta quod armatorum currentium
certamen quinto quoq; anno celebrabatur.
Strabo libro nono ait Ioui cognomen hoc
inditũ, quod apud Aſopum platæarum am-
nem, Græcorum copiæ Mardonium cum
trecentis Perſarũ milibus ad internecionẽ
deleuiſſent: ludosq; in honorem Iouis ἐλευ-
θερίου inſtitutos, Eleutheria, id eſt, Liberato-
ria vocatos fuiſſe. Scribit idem Pauſanias
in Moluridæ montis vertice, Iouis phanum
fuiſſe cognomento ἀφεσίου. Nam cũ ſiccita-
te Græciæ Aeacus ab Apolline iuſſus Io-
ui Panellenio (is enim in vniuerſa Græcia
colebatur) ſacra in Aegina feciſſet, Iouem
oblata

oblata dimiſiſſe, eaq; de cauſa ἀφέσιον, id eſt, dimiſſorem appellatum fuiſſe. Erat etiam Athenis Iupiter μειλίχιος, cui nullum animal immolabatur, ſed tantum pomis quæ Græci μῆλα vocant, ſacrificabatur. Alij ſcribunt μιλίχιον per ι in prima ſyllaba, deriuantq; appellationem a manſuetudine, μείλιχος enim mitẽ & placabilem ſonat. Dictus eſt etiam φύξιος, quaſi dicas fugę comitem, quanquam inuenio ſcriptũ alibi φρύξιος, à Phryxo Athamantis filio, qui ab ariete vectus cum ſacrificauit deo Ioui. Scribit Budæus in commẽtarijs ἀφεσίους eos dæmones dictos fuiſſe, qui nocumenta auertere, diraſq; amoliri crederentur. Appellatus fuit & λαβραδεύς, quòd in dextra ſecurim non fulmen haberet. Nam Lydi ſecurim vocant λάβρυν; & ἀγοραῖος quod à Siculis foro præeſſe crederetur. Nuncupatur & Homero nõnunquam ἀγκυλομήτης, quòd aliud foris oſtendat, aliud in animo habeat, quodq; obliqua & perplexa ſint eius conſilia. Habebant & Atheniẽſes Iouis βουλαίου, id eſt, Cõſiliarij tẽplum; & Theſpiẽſes Iouis Saotę, cui ex hac cauſſa cognomen hoc eſt tribuerũt. Nam cum draco ciuitatem mirũ in modum infeſtaret, & Iupiter

 iuſſiſſet

ſuſſiſſet vt ſingulis annis Ephœbum ſortiarentur, quem ferę immolarent, ſorsq; Cleoſtrato obtigiſſet: Meneſtratus Cleoſtrati vicē dolens thorace ęneo indutus, cuius ſingulis ſquamis ſurſum verſum hami ferrei additi erāt, beluā interfecit, ciuitatemq; tāta ſeruitute liberauit, quo facto Theſpienſes ſimulachrum æneum Ioui Saotę, id eſt, Seruatori erexerūt. Dictus eſt autem Saotes quaſi Sootes. Nam & ipſe dicitur à Plutarcho in vita Demoſthenis σαώτης. Scribit Herodotus ſolos Cares ex his quos nouit Ioui στρατίῳ, id eſt, militari hoſtias offerre, & Plutarchus in vita Pyrrhi dicit regibus Epirotarum morem hunc fuiſſe, vt ſingulis annis Ioui ἀρείῳ, id eſt, pugnaci ſacra facerēt. Meminit & Herodot. Iouis καθαρσίου id eſt, expiatoris, ad quē etiam videtur reſpexiſſe Vergil. hoc verſu in 3 Aeneid.

" *Luſtramurq; Ioui, votisq; incendimus aras.*

Strabo lib. 4. refert Mylaſios duo Iouis tēpla habuiſſe, alterum eius, qui lingua patria Oſogò, & alterū eius qui à loco Labrandenus vocabatur. Seruius ad illud Vergil.

" *Circeumq; iugum, queis Iuppiter Anxurus aruis*
" *Præſidet.* ait circa illum Campanię tractum

ctum coli puerum Iouem imberbem, Anxurum nomine, quaſi ἄνευ ξυροῦ, id eſt, ſine nouacula. Nominatus præterea fuit αἰγίοχος, quaſi τὴν αἰγίδα ἔχων, vel ἀπὸ τῆς ὀχῆς, καὶ αἰγὸς, à cibo & capra, quia eũ capra nutriuit, quã poſtea inter ſydera retulit. Germanicus Arati interpres.

—illa putatur
Nutrix eſſe Iouis, ſi uerè Iuppiter infans
Vbera Cretææ mulſit fidiſſima capræ,
Sydere quæ claro gratum teſtatur alumnum.

Vocatus etiã eſt Hecalius, ab auicula quadam Hecale nomine, quæ cum Theſeum quodam tempore comiter excepiſſet, promiſiſſetq́ ei ſe ſuam ipſius animam Ioui immolaturam, ſi ſaluus ex prælio domum rediret: atq; ante reditum Theſei obiſſet, occaſionem Theſeo dedit, vt in honorẽ ipſius ſacrum Hecaleſium Ioui inſtitueret, eumq́ Hecalium vocaret. Refert Plutar. in Theſeo. Inuenio in Olympia aram fuiſſe Iouis Mœragetæ, cui ideo cognomen hoc ei inditum eſt: quòd, quæ mortalibus à Parcis deſtinata ſunt, non ignoret. Pauſanias autor eſt in Apollinis templo ſimulachra duarum Parcarũ fuiſſe, Iouemq́ pro tertia adſtitiſſe

ſtitiſſe cognomento Μοιραγέτην, & eodem cognomine Apollinem ibi fuiſſe. Viues in cõmentarijs in Auguſtinum, ex Ariſtotele Iupiter, inquit, ipſe eſt etiam fata, & omnia quę de fatis dicũtur & Parcis, nempe ἀνάγκη, καὶ μοῖραν, καὶ εἱμαρμένη, καὶ ἀδράστεια, In eadẽ Olympia fuit etiam ara Iouis χθονίου, ideſt terreſtris: & καταιβάτου, id eſt deſcenſoris. Appellatus eſt autẽ Deſcenſor, vel quòd eius nutu fulmina in terram deſcendant, vel quòd in varijs formis ad amaſias deſcenderit. Ariſtophanes in Comœdia, quam pacẽ inſcripſit, ſcarabeum ponit in tutela Iouis Deſcenſoris fortaſſis, quia ſemper ad ſtercora delabitur. Dictus eſt & Cuculus, q̃ Iunonis deſiderio in hanc auem transformatus ſit. In Aphrica colebatur Iupiter Ammonius, id eſt, arenarius. Liber etiam pater cũ per Lybiam exercitum duceret, ſiti fatigatus Iouis patris auxilium implorauit ſtatimq; viſo ariete fons inter arenas effluxit. q̃d liber cõſpicatus, vt grãs patri referret, ei tẽplum in eo loco extruxit ſimulachrumq; capite arietino poſuit, & eũ Ammoniũ ab arenis nũcupauit, vt autor eſt Seruius in illud Ver.

Hic Ammone ſatus rapta Garamantide nympha.

Diodo-

Diodorus ſcribit Oſiridem duo templa Ioui aurea ſtatuiſſe, alterum maius Ioui coeleſti, alterum minus Ioui patri ſuo, quẽ quidã, inquit, Ammonẽ vocant. Curtius de Ammone Ioue loquẽs. Hunc, inquit, cũ reſponſum petitur, nauigio aurato geſtãt ſacerdotes cũ multis argenteis pateris ab vtroque latere pẽdentibus. Herodotus autor eſt huius Iouis Ammonis tẽplum iuſſu Cambyſis direptũ, atq; etiam cõbuſtum fuiſſe, verũ exercitũ grauiſſimas poſtea poenas dediſſe. Ferunt Alexandrum cũ intellexiſſet Perſeũ & Herculem ad Ammonis oraculum aſcendiſſe, & ipſum eò aſcendere voluiſſe. Cæterũ cum incũbente validius Auſtro repulſus fuiſſet, diuq; per arenas erraſſet, tandem duobus coruis iter cõmonſtrantibus ad deſtinatũ locum perueniſſe, Iouisq; ſacerdotem regi blandientem eum Ammonis filiũ vocaſſe: & ambitioſum regẽ hac cõpellatione ſic delectatũ fuiſſe, vt poſtea nõ aliter q̃ Ammonis filius & dici & haberi voluerit, quod Olympias mater admodũ ęgrè tuliſſe memoratur, cuius extat apud Gelliũ epiſtola ad filiũ hoc argumento ſcripta, vt ne pergeret ipſam Iunoni inuiſam reddere

 Erat

Erat etiam apud Babylonios Iouis Beli templum, vbi Herodotus dicit fuiſſe puluinar, ad quod confugientes tuti erant. Diodorus interprete Poggio de Babylonis ſtructura loquens. Loco inquit, animalium æneæ ſtatuæ inerant Nini, ac Semiramidis perfectorumq́, & Iouis inſuper, quē Belum Babylonij vocant. & paulò poſt. Conſtat ob templi illius mirandam altitudinem à Chaldęis aſtrorum obſeruationes in eo factas. Dionyſij interpres Auienus.

—Stat maxima Beli

" *Aula quoq; argento, domus indo dente niteſcit,*
" *Aurum tecta operit, ſola latè contegit aurum.*

Scribit autem Pauſanias Iouem à bello Aegyptio viro nomen hoc accepiſſe, ſicut & Ammonem eum dictum ab Ammone paſtore, qui eum primus erexit. Hiſtoria habet Iouem Belum ſecundum fuiſſe regem Babyloniorum Nini patrē. Lactant. verò autor eſt in phano Iouis Triphylij aureā columnā fuiſſe ab ipſo Ioue poſitā, in qua res à ſe geſtas perſcripſit, vt eſſent poſteris monumenta rerum ſuarų. Diodorus ſcribit eos qui in Panara ciuitate habitant dici miniſtros Iouis Triphylij, ſolosq; eos ex his, qui

Pan-

Panchæam incolunt, ſuis viuere legibus abſq; rege. & pauló poſt ait Iouis Triphylij templum in campeſtri loco poſitũ, quod tum vetuſtate, tum ædificij magnificentia tum natura loci mirabile habebatur. Refert Strabo Triphylios Triphyliæ populos ideõ ſic vocatos, quia tria illos φῦλα, id eſt, nationes in vnum congregatæ coluerunt, Epæorum, Minyarum, & Elæorum. atque ita innuit Iouem à loco, & locum à tribus populis ſic denominatũ. fuit & Dodonæus dictus à Dodona ſylua ei ſacra. Ouidius in obſcœno carmine.

Dodone tibi Iuppiter ſacrata eſt.

Illic fuit fons mirabilis naturæ, quemadmodum his verſibus docet Rhemnius,

Hæc regio fontem mirandæ concipit undæ,
Quem meritò ueteres dixerunt nomina ſacrum.
Nam gelidus ſuperat cunctarum frigus aquarum.
Accenſasq; faces prope ſi quis duxerit undam,
Extinguit flammas: recipit ſed rurſus eaſdem,
Admoneat dextra cum extinctam lampada fonti.

Dodonæum oraculum omnium aliorum fuiſſe longè vetuſtiſſimum autor eſt Herodotus. Reddebat & reſponſa in ſpecu Trophonio, vnde & Trophonius dictus eſt. de

Digitized by Google

quo ſic Strabo, Lebadia quidem eſt, vbi Trophonij Iouis conſtructum eſt oraculum, hiatus ſubterranei deſcenſum habens eò autem deſcēdit ſuſcepturus vaticinium. De Dodonæo oraculo & ſpecu Trophonio nonnulla Eraſmus in Chiliadibus. Similiter Olympius appellatus eſt ab Olympo monte. Pomponius Mela, In Achaia, inquit, numen delubrumque Iouis Olympij fuit, certamine gymnico, & ſingulari ſanctitate ipſo tamen ſimulachro, quod Phidiæ opus eſt, maximè nobile. Lactantius ex Euhemero, qui Iouis hiſtoriam ſcripſit, refert in Olympo Iouem habitaſſe, hocq; fortaſſis poetis figuram dediſſe, vt eum coeli regem dicerent, quòd Olympus ambiguum nomen ſit & montis & coeli. Scribunt verò nonnulli Herculem ob denegatam ab Augea rege promiſſam mercedem iratum, Elidem, cui Augeas imperabat, diripuiſſe, atq; ex prædæ manubijs Ioui patri, quem Olympium nominauit, templum poſuiſſe, ſingulisq; luſtris & certamē Olympicum inſtituiſſe, & coronam ex oleaſtro victori mercedis ergò propoſuiſſe. quāquam & ſint, qui aſſerant ab Hercule in Pelopis,

non

non Iouis, honorẽ Olympica inſtituta, quibus aſtipulatur Papinius his verbis

— Piſæa per arua
Hunc prius Alcides Pelopi certauit honorem.

Diodorus Siculus mauult Iouem appellatum eſſe Olympium ab Olympo Pędagogo, à quo eruditus & ad virtutẽ inſtitutus fuit. Nemæus quoq; vocatus eſt a Nemea Elidis regione, à qua & Nemea certamina quæ ſingulis quibuſq; trienniis in Iouis honorem celebrabantur, denominata ſunt. Creticus præterea nuncupatus fuit à loco natiuitatis & ſepulturæ. item Idæus, & Dictæus, ab Ida & Dicta montibus, qui ſunt in Creta. Vergilius in ſeptimo,

Idæumq; Iouem, Phrygiamq; ex ordine matrem
Inuocat. & in ſecundo Georgi.

Ante etiam ſceptrum Dictæi regis.

& in quarto de apibus loquens,

Dictæo cœli regem pauere ſub antro.

Colebatur etiam non procul à Creta Iupiter Camireus, cui Althemenes in ea Rhodi ora, quæ Camiros dicitur, templum conſtruxit, quod ſuper montis Achabyri excelſum cacumen poſitum, vnde Creta conſpici poteſt, adhuc tempore Diodori Siculi, vt ipſe

ipſe ait, præcipuo habebatur cultu. Scribit Herodotus Myſſalos oſtentaſſe vetuſtiſſimum delubrum Iouis Carij, quo Myſij ac Lydi communiter vtebãtur, fuit & Caſius à monte Caſio vocatus, vbi phanum ei dicatum erat. Refert Strabo corpus Pompei Magni nõ procul ab eo loco ſepultũ fuiſſe. Erat & Iupiter Atabyrius ab Atabyrio mõte Rhodi; & Hypatios ab Hypato monte ſupra Gliſſantem Bœotiæ ciuitatem: & Lycoræus à Lycoræa vico Delphico, vel potius a Lycoreo loci illius quondam rege & Tarantæus a Taranto Bithyniæ ciuitate: & Altios ab alti luco circa Olympiam ipſi ſacro; & Ancheſmius ab Ancheſmo monte iuxta Athenas: & Gnidius, de quo vide Plinium lib. 32. cap. 2. & Scotinus à Scotina loco Lacedæmonis quercubus pleno: & Apeſantius ab Apeſanto monte qui eſt ſupra Nemeam vbi Perſeum Ioui Apeſantio ſacra feciſſe memorãt: & Laphyſtius à colle Laphyſtio, vbi cum Athamas Phrixum & Hellen liberos eſſet immolaturus, aries aurei velleris à Ioue immiſſus eſt, cum inſidẽtes aufugerunt; & Homoloius ab Homolo monte Theſſaliæ, vel, vt vult Suidas, ab Ho-

molo

moloia vate Ennyei filia, quam Delphos fuiſſe miſſam Ariſtophanes in Thebaicoꝝ ſecundo memorat, vel quod apud Aeoles ὅμιλον concors & pacificum dicatur. fuit & Homoloia Ceres Thebis. Refert Macrobius Aſſyrios Solem ſub Iouis nomine, quẽ Dia heliopolitem cognominabant, maximis ceremoniis celebraſſe in ciuitate, quæ Heliopolis appellabatur. In Lycæo quoq; Arcadiæ monte Iouis Lycæi ſic à loco dicti templum erat, in quod ingredi nefas fuiſſe dicunt. Scribit Coelius Rhodoginus in Lycæo lucum fuiſſe Ioui Lycæo ſacrum, atq; hunc qui ingrediebatur annum ſuperuiuere non potuiſſe. Plinius autor eſt Demetrium quendam in ſacrificio, quod Ioui Lycæo fiebat, quód carnem pueri, qui immolatus fuerat, deguſtaſſet, repente in Lupum tranſmutatum. Pauſanias hoc Lycaoni, qui puerum ſacrificauerat, eueniſſe autor eſt. Erat & Iupiter Abretanus, ab Abretana, quæ Myſia eſt, ſic vocatus, cuius ſacerdos fuit Cleon latro prius inſignis, deinde Antonij, poſtea Auguſti militum præfectus. Auguſtinus in pulcherrimo illo opere de Ciuitate Dei (libenter enim illius cũ

honoris

honoris titulo meminimus) ſcriptum reli-quit Iouem à Romanis appellatũ fuiſſe vi-ctorem ſeu inuictũ, q omnes vinceret, & à nemine vinceretur: & Opitulũ, q opem in-digẽtibus ferret: & Impulſorẽ & Supinalẽ, quod haberet impellendi ac reſupinãdi po teſtatem: & Centumpedam, quòd ſtabilire ac ſuſtinere omnia poſſet: & Tigillũ, quòd tanquam tignum mundum ſuſtentaret: & Almum, quòd aleret omnia: & Ruminum, quòd Rumam, id eſt, mammam animali-bus cunctis præberet. Dictus etiam eſt, autore Macrobio, Lucetius, & Dieſpiter, quod lucis autor ſit ac diei. Erat præterea Romę Iupiter Feretrius, à ferendis opimis ſpolijs ſic nuncupatus. Nam cum Romulus Acronem Ceninenſium regem, raptarum iniuriam bello vlciſci volentem in prælio obtruncaſſet, ſpoliaq; ducis hoſtium cęſi fa bre facto ad hoc ferculo, in Capitolio depo ſuiſſet: Iupiter, inquit, Feretri hæc tibi vi-ctor rex regia arma fero, templumq; his re gionibus, quas modo animo meo metatus ſum, dedico. Sic Liuius in primo ab vrbe condita. Plutarchus verò non a feretro, aut ferendo, ſed à feriendo Iouem Feretrium

vult

vult appellatum fuiſſe. Romulum enim hoſtem, vt votis petierat, feriendo oppreſſiſſe. Sed & Stator ab eodem Romulo dictus fuit, quòd Romanos fugiētes ſtitiſſet. Nam cum Sabini arcem Tarpeiam occupaſſent, vrbique toti iam imminerent, & Romani pluribus collatis prælijs ad fugam acti eſſent, Romulus deploratis rebus vouit templum eo loco ſe Ioui poſiturum, ſi fœdam Romanorum fugam ſiſteret, quod votum vix dum emiſſum erat, cum ecce Romani repente reſtitere, Sabinosq; confertiſſimo agmine adorti fudere. in cuius rei perpetuum monumentum eo loco Ioui Statori templum ædificauit. Itaque à ſiſtendo Stator non à ſtando dicetur. Licet enim vt annotauit Hermolaus Barbarus, Iupiter in veteribus monumentis modò ſedens, modò ſtans inueniatur, non ideo tamen à ſtando nomen habuit. Seneca tamen quòd beneficio Iouis ſtent omnia, Statorem dicit eum appellatum, non ex eo quòd poſt votum ſuſceptum aciem Romanorum fugientium ſtare fecerit. Mortuo Romulo Numa religioſus vir rerū potitus Ioui Elicio aram poſuit, quem ab eliciendo ſic nuncupauit

cupauit. Nam, vt tradit Liuius in primo, cū ipſe inſtituiſſet, vt Pontifex non coeleſtes modo ceremonias, ſed iuſta quoq; funebria placationemq; Manium edoceret, quæq; prodigia fulminibus, aliòue quouis modo miſſa ſuſciperentur atq; curarentur, neque hæc commodè abſq; diuino auxilio perfici poſſe cerneret; ad ea è mentibus diuinis elicienda Ioui Elicio aram in Auentino dicauit; Illud omittendū non eſt, quòd ſcribunt quidam, Iouem Elicium quaſi Illicium dictum. Certè Plutarchus in Numa videtur cognomen hoc à Græco deriuare. Refert enim Numam, cum Iouem oraſſet demonſtrare vellet rationem qua luſtrationes faciendæ eſſent, & ille capitibus faciendam eſſe dixiſſet, ſubieciſſe ceparum, Iouemq; dixiſſe hominum: & cum rurſus interrogaret capillis, reſpondiſſe Iouem animatis, & tunc Numam piſciculis Menedibus ſubintuliſſe, quo viri reſponſo deum delectatum ἵλεων id eſt, propitium abiiſſe, & deū locumq; inde appellatum fuiſſe. Eandem fabulam multis verſibus deſcribit Ouidius, Faſt.

Eliciunt cælo te Iuppiter, unde minores
Nunc quoq; te celebrant, Eliciumq; uocant.

Vide

Vide verò quàm miſerabiliter olim dæmones mortalibus illuſerint, qui ſi aliter quàm ritu ſolenni inuocati fuiſſent, vitam inuocatoribus ſuis adimere ſolebant. Nam Tullus Hoſtilius Romanorum Rex cum conaretur eodem, quo Numa ſacrificio Iouem deuocare cœlo; quoniam parum rite hoc feciſſet, fulmine ictus fuit. Hanc ſcilicet cultoribus ſuis mercedẽ improbus dæmon reponebat. Perſuaſerat idem dæmon Latinis, vt Ioui Latiali non aliter, quàm ſanguine humano ſupplicaretur. Sed omittamus ſimilia cognomina, ad aliaq́ mitiora deſcẽdamus. Iupiter dictus eſt Piſtor, quòd Romanos, quo tempore a Gallis obſeſſi propter famem de deditione cogitabãt, in ſomnis admonuiſſet, vt ex omni frumẽto q̃d habebant, panes facerent, eoſq́ in hoſtium caſtra iacerent. Ita enim futurum, vt deſperata victoria Galli animis conciderent, atque ipſi ſuperatis hoſtibus obſidione liberarentur. Ouidius in ſexto Faſto.

Eſſe Ceres viſa eſt, iaciunt Cerealia dona,
Iacta ſuper galeas, longaq́ ſcuta ſonant.
Poſſe fame vinci ſpes excidit, hoſte repulſo
Candida Piſtori ponitur ara Ioui.

Appellatus eſt etiam Lapideus, à priſco feriendi fœderis ritu, quòd à patre patrato fiebat altera manu lapidem tenente. Præerat autem fœderibus percutiendis Iupiter, vnde per Iouem Lapidem iurabant. Quin & Inuentor ab inuentis bubus dictus eſt. Nam Hercules cum ſe flumine ob Caci cædem lauiſſet, aram ei loco proximam erexit Iouis Inuentoris, quæ erat Romæ iuxta portam Tergeminam, immolauitq; deo iuuencum, gratum munus inuentionis boum. Erat & Iupiter Viminus, à viminibus ſic dictus, à quibus etiam collis Viminalis Romæ cognomen accepit. Meminit Marcus Varro in libris de lingua Latina. Prędator quoq; cognominatus eſt, quòd ei de prędа deberetur aliquid. Vergilius in tertio Aeneid.

—Ipſumq; vocamus
In prædam, partemq; Iouem.

Fuit præterea ab Agrippa erectum templum Ioui Vltori, quemadmodum ſcripſit Plinius libro trigeſimo ſexto, capite decimo quinto. Inter omnia autem quæ Romæ fuerunt templa, nullum fuit ſumptuoſius, quàm Iouis Capitolini, cui votam quidem

à Tar

a Tarquinio Demarathi filio ædem, Tarquinius Superbus extruxit, in cuius tantùm fundamenta quadraginta milia librarum argenti inſumpſiſſe dicitur, ferunt & Pompeiũ Ioui Capitolino ſex pocula Murrhina ingentis æſtimationis dicaſſe, & Suetonius autor eſt Auguſtum in eius cellam ſedecim milia pondo auri, gemmasque ac margaritas quingenties ſeſtertiũm vna donatione cõtuliſſe. Cæterum non erat idem Capitolinus hic Iupiter cum Ioue Capitolino Tonante. Siquidem Capitolinum, Superbus conſtituit, vt iam dictum eſt. Capitolinum autem Tonantẽ diuus Auguſtus, quòd liberatus fuiſſet periculo, cum in expeditione Cantabrica per nocturnũ iter lecticam eius fulgur perſtrinxiſſet, ſeruumq; aurigam examinaſſet, quemadmodum ſcribit idem Suetonius in Auguſto. Erat & Iupiter Tarpeius ab arce Tarpeia ſic dictus, in qua templũ habebat. Sed hunc putarim eundem fuiſſe cum Ioue Capitolino. Meminit Ouidius in Faſt. ſub verbis Iunonis.

Si thorus in pretio eſt, dicor matrona Tonantis,
Iunctaq; Tarpeio ſunt mea templa Ioui.

Auguſti. in ſeptimo de Ciuitate Dei refert

veteres Iouem etiam cognominaſſe Pecuniam, quòd eius eſſe putarent omnia. Sed quæ eſt iſta theologia, inquit, vbi rex deorū eius rei cognomen accepit, quam nemo ſapiens vnquam concupiuit? Erat & Veiupiter, id eſt, paruus Iupiter, vt exponit Marſus Ouidij interpres, quod nomen myſterio nō carebat. Nam ſicut paruus Iupiter poſtquam adoleuit, cœlo regnauit, ſic vrbs Roma parua ab initio poſt apertum à Romulo aſylum paulatim ad ſummū Imperij culmen aſcēdit. Non deſunt tamen qui velint Veiouem eſſe Iouem vim nocendi habentem quoſdam enim deos, vt proſint; quoſdam ne obſint, placari.

DE APOLLINIS COGNOMINIB.
Caput quartum.

APOLLO, QVI ET GRÆCIS eſt ὁ ἀπόλλων, ſic dicitur ab α priuatiua particula, καὶ πολλῶν quaſi ἀνὰ πολλῶν, id eſt, quod ſolus ſit. Vnus enī eſt Sol, pro quo Apollinem poni voluīt. Vel ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὰς ἀκτῖνας, hoc eſt, à iactu radiorū. vel à perdendo, hoc enī ſignificat ἀπόλλυν. Nam ipſe ſol omnia animantia perimit, cum peſtem intemperie

temperie caloris immittit, vel quaſi ἁπλοῦν propter diuinitatem. in eo quippe eſt τὸ ἁπλοῦ θίς τε καὶ ἁπλοῦν. Macrobius alias etymologias refert, & ante eũ Plato, quas omittimus breuitatis gratia. Quoniam autem Apollinem & Solem pro eodẽ numine vſurpari credebant, appellatus eſt Phœbus à ſplendore & puritate, quaſi φοῖβος, ἀπὸ τοῦ φάους, καὶ βίου, à luce & vita: vel ἀπὸ τῆς φοιτῆς βίᾳ, quòd vi feratur, ex eadem cauſſa vocatus eſt φαναῖος, ἀπὸ τοῦ φαίνεσθαι ἀεὶ νέον, quia ſol quotidie ſe renouans veluti nouus apparet: & ἐλελεύς, ἀπὸ τοῦ ἐλίττεσθαι περὶ τὴν γῆν, quòd ſol æterno circa terram meatu voluatur, eſt & Eleleus Bacchi cognomẽ, vt in Baccho dicemus libro tertio. Hic deus medicinam reperiſſe dicitur, vnde plurima cognomina inuenit, Appellatus enim eſt Soſpitalis & Medicus, Item & παιάν, ἀπὸ τοῦ παύειν τὰς ἀνίας, quòd animi doloribus mederi crederetur vel ἀπὸ τοῦ παίειν, à feriendo. Dictus eſt & ab eadẽ cauſſa λοίμιος, ἀκέσιος, καὶ ἀλεξίκακος. Nam λοιμὸς peſtem ſonat, & ἀκεῖσθαι mederi ſignificat, & ἀλεξίκακος idẽ eſt quòd malorum depulſor, quæ omnia congruunt bono medico. Eadem quoq; ratione nuncupatus eſt ἐπικούριος, id eſt, auxiliaris:

& οὔλιος, id eſt, ſanitatis autor, ab οὔλειν, quod valere ſignificat. Scribit Strabo libro quarto Mileſios ac Delios Apollinem οὔλιον coluiſſe. Apollo enim, inquit, Salutifer eſt, & ἄρτεμις ex eo dicitur, quod integros faciat, & tunc per ι in vltima ſcribitur, vbi & accentum habet. Eidem loco vaticinandi artem, futurorumq; ſcientiam tribuerunt. Nam cum perſuaſiſſent ſibi Apollinem eundem eſſe cum Sole, facile credebant eum & videre & noſſe omnia, quæ iam eſſent, quæq; fuiſſent, & quę futura eſſent. Idcirco paſſim colebatur, paſſimq; reſponſa dabat. & quia ambigua ſemper & incerta obliquaq; erāt ipſius reſponſa, vocatus eſt à Græcis λοξίας, licet Macrobius aliam huius cognominis rationem adferat. Quoniam autem inter omnia Apollinis oracula Delphicum maximè celebrabatur, referā quid de eius origine ſcribat Diodorus in Philippo. Eo loco, inquit, quo Delphis templum fuit, ſpecus erat receſſu vaſto & tenebroſo, in quē cum capra deſcendiſſet illic tum forte paſcens, repente dei plena ſpiritu more inſueto exultare cœpit, quod admiratus paſtor cum & ipſe ſpecum intraſſet, ſimili afflatus

eſt

eſt ſpiritu, cœpitque futura prædicere. Hoc quum multi alij experti fuiſſent, & ſimiliter ſucceſſiſſet, res tandem eò progreſſa eſt, vt qui futura ſcire vellet, caput in antrum immitteret. Verum quum hoc ſine multorum periculo atque exitio non fieret, Delphici templum ibi Apollini Diuinatori conſtruxerunt, virginémque ſtatuerunt, quæ in machina conſiſtens poſſet abſque periculo Dei ſpiritu afflari, reſponſáque conſulentibus reddere. Sacerdos Pythia vocabatur, quæ tam diu ex virginibus eligi conſueuit, donec vna fuit ab Echecrate violata. Erant autem ante templum Apollinis Delphici iſta ſcripta, γνῶθι σεαυτὸν, μηδὲν ἄγαν, & ἐγγύα, πάρα δ' ἄτη, id eſt, Noſce teipſum. Ne quid nimis. & Sponde, noxa præſto eſt. de quibus omnibus copioſè Eraſmus in Chiliadibus. Scribit alicubi Cicero Delphicum oraculum maximis donis omnium populorum atque Regum fuiſſe refertiſſimum. Gygem enim Lydorum Regem, Midam, & Syllam Romanum munera illuc attuliſſe. ferunt templum Apollinis Delphici a Brenno natióne Pranſo Tectoſagis auxiliātibus periturũ

ſpoliatum fuiſſe, omnemq́ theſaurũ ab eo Toloſam delatum, & longo pòſt tempore Cepionem conſulem Romanũ, quia ab eo violentas manus nõ abſtinuiſſet, vitam cũ toto exercitu calamitoſè finiſſe. De hoc auro Tholoſano nonnulla Gellius & Eraſ. in Chiliadi. Porrò machinam illam, in qua conſiſtentẽ Pythiam oracula reddere conſuetam fuiſſe ante diximus, Tripodem à tribus baſibus appellat Diodorus. Hinc manauit adagium ex Tripode dictum, pro re certa indubitataq́, cuiuſmodi erant omnia Apollinis ex Tripode reddita oracula. Ariſtophanis intepres in Veſpis dicit eam partem Tripodis, in qua Pythia ſederet, vocari Græcè ὅλμον, & inde Apollinẽ dici ἔνολμον. Appellatus autem eſt Delphinius, à Delphine dracone quem interemit: vel potius quòd Delphino aſſimilatus, Caſtalio Cretenſi coloniam deducenti dux aſtiterit, nauemq́ eius Delphos vſq; ſemper præceſſerit: à quare & Delphis oppido nomen impoſitum. Sunt qui Delphinium dicant fuiſſe locum Athenis, deumq́ ab eo loco Delphinium cognominatũ. Erat autẽ in Delphinio dicaſteriũ ab Aegeo cõſtructũ, vbi de

Theſeoq́

Theſeo, dum latrones à ſe iure cæſos contē-
deret, primum iudicium fuiſſe dicitur. Plu-
tarch. ſcribit Theſeũ Marathoniam ſuem,
quæ Tetrapolitanis plurima damna dede-
rat, oſtentandi roboris gratia per mediam
vrbem Athenarum viuam egiſſe, poſteaq́ꝫ
Delphinio Apollini immolaſſe. Strabo q̃-
dam loco meminit portus, Delphinij, & Ce-
tis ex Leandro refert, Delphinem eum ap-
pellatum, qui Delphicum oraculum cuſto-
diebat. Macrobius verò vult Apollinē no-
minatum Delphium, ἀπὸ τοῦ δηλοῦν ἀφανῆ, quòd
ſol quæ obſcura ſunt claritudine ſua mani-
feſtet, vel quaſi vnum & ſolum. δελφὸν enim
Priſca lingua ſignificaſſe vnũ, vnde & fra-
trem ἀδελφὸν vocatum, quaſi amplius non
vnus ſit. Dictus eſt & Delius à Delo inſu-
la vbi & natus fuit, & diu reſponſa reddidit.
Appellata autem eſt Delos ἀπὸ τοῦ δήλου, quòd
ibi primũ Latona Dianam & Apollinem
gemellos enixa apparuerit, Iunonis iram fu-
giens. Nam ante vocabatur Ortygia de co-
turnicibus ſumpta appellatione. Ferũt hanc
inſulam olim ſupernataſſe, neq; prius fir-
mam atq; ſtabilem fuiſſe, quam in ea ex re-
ſponſo Apollinis mortuum corpus ſepelire

D.v. deſierunt,

deſierunt. Plutarchus in vita Pelopidæ autor eſt, ad Tegyras, qui locus eſt prope Delon, natũ eſſe Apollinem, eumq; à loco Tegyræum cognominatum, ibiq; fuiſſe oraculum, quod vſque ad bellum Medorum florentiſſimum extitit. Refert Plinius libro quarto cap. 12. Antipodas Apollinem Delium præcipuè coluiſſe, eiq; per virgines frugum primitias mittere conſueuiſſe. Verg. in 3. Aeneidos.

" —*non hæc tibi littora ſuaſit*
" *Delius, aut Cretæ iuſsit conſidere Apollo.*

& in quarto Aeneid.

" *Qualis, ubi hybernam Lyciam, Xanthiq; fluenta*
" *Deſerit, ac Delon maternam inuiſit Apollo.*

Macrobius ad ſolem ſuo more omnia referens, credit eum appellatum Delium, ἀπὸ τοῦ δῆλα καὶ φανερὰ πάντα ποιεῖν τῷ φωτὶ, quòd illuminando omnia clara demõſtret. Colebatur & Cumæ Apollo Cumanus, quem quatuor diebus fleuiſſe memorant, cum aduerſus regem Ariſtonicum à Romanis pugnaretur: & Pellæ Apollo Theoxenius, à cuius etiã nomine Pellenenſes Theoxenia certamina inſtituerant, argẽtum victoriæ præmiũ proponentes. Branchides quoq; appellatus

eſt,

eſt, à Brancho adoleſcente Theſſalo, quem & viuum dilexit, & mortuum templo decorauit; vel à Brancho filio, cui vaticinandi artem conceſſerat, vel a Branchidis populis, apud quos reſponſa dabat. Strabo lib. 14. Poſt Poſidonium, inquit, Mileſium eſt oraculum Apollini Didymæo ſacrũ apud Branchidas. Id à Xerxe incẽſum eſt, quemadmodum reliqua Græciæ templa Epheſio excepto. Branchidæ autem dei theſauris Perſæ traditis cum eo fugiente abceſſerũt ne proditionis & ſacrilegij pœnas penderent. Huius Mileſij Apollinis, de quo Strabo, meminit & Lactantius: quem conſultum vtrum Chriſtus, deus eſſet an homo, ait hoc modo reſpondiſſe græcè

Θνητὸς ἔην κατὰ σάρκα, σοφὸς τερατώδεσιν ἔργοις.
ἀλλ' ὑπὸ Χαλδαίων κριτῶν ὅπλοισιν ἁλωθεὶς,
γόμφοις καὶ σκολόπεσσι πικρὴν ἀνέπλησε τελευτήν.

id eſt, Mortalis erat ſecundum carnem, ſapiens portentoſis operibus. Sed ſub Chaldæis iudicibus armis comprehenſus clauis & cruce amarũ tolerauit finẽ. Porrò Didymæus dictus eſt ꝙ eũ & Dianã eodem partu mater ediderit, nam δίδυμος gemellum ſignificat; vel autore Macro. ꝙ ſol geminam ſpeciem

ſpeciem ſui numinis præferat illuminando formandoq; lunam. Boccatius autem quo loco de Brancho loquitur, ait ipſum ſimul atq; natus fuit, patris Apollinis malas oſculatum, indeq; deum φιλίον nuncupatum. Quanquam Macrobius dicat Apollinem ideo cognomen hoc habuiſſe, quòd ſolis lumen oculis noſtris viſu ſit amabile. Colebatur & Apollo Clarius, ſic dictus à Claro monte & oppido iuxta Colophonem, vbi oraculum quoq; habuiſſe memoratur. Plinius libro 2. cap. 103. Colophone, inquit in Apollinis Clarij ſpecu lacuna eſt, cuius potu mira redduntur oracula bibentium breuiori vita. Ouid. in primo Faſtorum.

Pagina iudicium docti ſubitura mouetur
Principis, ut Clario miſſa legenda deo.

& Vergil. in ſecundo Aeneidos,

Qui tripodas, Clarij lauros, qui ſidera ſentis.

Hoc addendum ſupradictis Claron nominatam ἀπὸ τῆς κλήρου. Hanc enim ſorte adeptus Apollo dicitur. Erat & Apollo Grynæus. Vergilius in 4. Aeneid.

Sed nunc Italiam magnam Gryneus Apollo,
Italiam Lyciæ iuſſere capeſſere ſortes.

vbi Seruius, iuxta Clazomenas, inquit, vrbem

bem Aſiæ, nemus eſt Grynæum, vbi Apol lo colitur. Inde ſumit epithetum, licet non inde ſumpſerit oraculum. Grynęi nemoris in Bucolicis meminit idem Verg.

His tibi Grynæi nemoris dicatur origo,
Ne quis ſit lucus, quo ſe plus iactet Apollo.

Ferunt Mopſum Apollinis filium & ipſum diuinandi peritiſſimum Grynæo nemori præfuiſſe. Diradiotes quoque dictus eſt à Dira loco, vbi vaticinabat. Dabat ibi mulier oraculum, ſed prius eam à viri concubitu abſtinere oportebat. Singulis autem menſibus agnum noctu mactabat, cuius ſanguinem cum epotarat, repente dei numine afflari credebatur. Macrobius libro Saturnalium tertio capite ſexto, refert ex Cloatio quodam vero fuiſſe Deli aram Apollinis γενέτορος, apud quam nullum cædebatur animal, ſed tantum ſolenni prece deus adorabatur. Diogenes Laërtius ſcribit Pythagorã iuſſiſſe, vt ex omnibus aris, quas habebat Athenis Apollo, ſolũ mea coleretur, quæ Apollini Delio Genitori poſt Ceramicum poſita erat, ꝙ tantum frumentum, hordeum, & placentas illi abſq; vſu ignis ex antiquo inſtituto imponere ſolerent.

rent. Cur autem Apollo vocatus ſit Nomius variæ redduntur cauſſæ. Dicunt enim aliqui nomen hoc ideo tributum ei, quòd Cyclopibus interfectis, amiſſaq; diuinitate regis Admeti armenta pauerit. νέμω enim paſco ſignificat. Alij malunt dictum Nomium à legibus, hoc eſt, ἀπὸ τῶν νόμων. Ipſum ſiquidem Archadibus quondam imperaſſe legéſque eis dediſſe, verùm ob nimiam earum ſeueritatem regno pulſum ad Theſſaliæ regem Admetum confugiſſe, ab eoq; eam, quæ circa Amphryſum eſt, regionem impetraſſe. Indeq; factum eſſe, vt eius pecora pauiſſe creditus ſit. De Nomio Apolline procul dubio intelligendi ſunt verſus hi Vergil. in Bucolic.

„ *—poſtquam te fata tulerunt,*
„ *Ipſa Pales agros, atq; ipſe reliquit Apollo.*

& hi in principio tertij Georg.

„ *Te quoq; magna Pales, & te memorande canemus*
„ *Paſtor ab Amphryſo.*

Macrobius putat Apollinem cognominatum Nomium, non ab officio paſtorali, vt fabulati ſunt poëtæ, ſed quia ſol paſcit o-

mnia

omnia, quæ à terra progenita ſunt. Meminit Cicero in tertio de Natura deorum, huius Apollinis, eumq́ à datis legibus Nomionem vocat. Nuncupatus eſt præterea Pythyus, à Pythone ſerpente quem interfecit. Cum enim Iuno intellexiſſet Latonam ex Ioue grauidam eſſe, atque hoc ægrè ferens ei locis omnibus ad enitendum interdixiſſet, neque hac difficultate, ad quam miſeram redegerat, contenta, Pythonem præterea ei addidiſſet perpetuum comitem, à quo continenter infeſtaretur: Apollo matris vicem dolens, eamque iugi illo metu liberare cupiens, ſerpentem ſagittis confecit. Vnde & ab argenteo arcu ἀργυρότοξος dictus eſt, licet Macrobius ideo ἀργυρότοξον dictum autumet, quòd ſol per ſummũ orbis ambitum enaſcens, figuretur, velut arcus quidam, alba & argentea ſpecie. Certè Homerus eum ſæpe à iaculandi peritia ἑκηβόλον nuncupat. Sunt qui draconem ab Apolline arcu interemptum, non Pythonem, ſed Delphinem appellatũ fuiſſe ſcripſerint, & deum ab eo Delphinũ nominatum, vt paulò ante diximus. Pythonem autem, à q̃ Pythius dictus eſt, violentum fuiſſe hominem

draco

draconis cognomento ab Apolline ſagittis debellatum, matre Latona inter pugnandum proclamante ἵε παῖ, id eſt immitte feriendo. Ouidius tamen à Pythone ſerpente interfecto Pythia certamina inſtituta his verſibus comprobat.

„ *Neue operis famam poſſet delere vetuſtas,*
„ *Inſtituit ſacros celebri certamine ludos*
„ *Pythia, perdomitæ ſerpentis nomine dictos.*

Non defuerunt, qui Apollinem Pythium appellatum voluerunt, ἀπὸ τοῦ πύθεσθαι quòd draco in Delo ab Apolline interfectus ibi computruerit. Sunt & qui appellationem deriuent ἀπὸ τοῦ πυνθάνεσθαι, id eſt, ab interrogandi, diſcendiq́ue vſu. Hunc enim colebant qui muſarum ſacris initiabantur, ſicut [illegible], inuocabant, qui ſcientiam iam cum loquendi facultate comparauerunt, quanquam nonnulli vocatum dicant Iſmenium ab Iſmenio colle Thebano, vbi templum habebat: & [illegible], qui cum aliis iam diſſerere philoſopharique poſſent. Nam Apollo deus eſt ſcientiæ, nouemq́ue muſis præeſt, vnde & μουσαγέτης Pauſaniæ dicitur. Sunt tamen qui ſcribant Hermionenſes de terræ

finibus

finibus contendentes, & victores factos, Apollinem ὅριον, id eſt Terminalem a finibus adiudicatis vocauiſſe. Plutarchus autor eſt Tripodem illum aureum a veteribus tantopere decantatum, & à ſeptem Græciæ ſapientibus reiectum, Iſmenio Apollini dicatum fuiſſe. De Pythij appellatione multa Macrobius. Quemadmodum autē a Pythone Pythius cognominatus eſt, ita à lupis Lycij cognomen ſortitus eſt. Refert Pauſanias cum lupi ex Ida deſcendentes Græcorum exercitum vehemēter infeſtarent, & Vlyſſes ſuaderet, vt Græci ſagittas in lupos torquerent, conſuluiſſe Palamedem, vt Apollini Lycio ac Phixio potius ſupplicarent, quàm beluas impeterent. Deum enim ipſum lupos ſagittis ſuis mox fugaturum ac confeſſurum. Scribit idem autor alio loco, Sicyoniorum greges à lupis vſque adeo quodam tempore vexatos, vt nullos fœtus ederent, deúmque Apollinem Sicyonijs corticem quendam aridum commonſtraſſe, quem cum carne feris proponerent. Quod cum feciſſent, lupos deguſtatis carnibus repente periiſſe, atque ob eam cauſſam Sicyonios Lycio

Apollini templum ædificaſſe. Fuit à Danao quoque Argis conſtructum phanum Apollini Lycio ex huiuſmodi cauſſa. Nam cum ipſe & Gelanor de imperio contenderent, multaſq; apud populum rationes vterque propoſuiſſet, & ſententiæ dictio in poſterum diem dilata eſſet: orta luce viſus eſt lupus, qui paſcentes pro mœnibus boues aggreſſus acerrime cum illis depugnabat. Lupum autem Argiui Danao, & taurum Gelanori diu ante certamen illud aſſimilauerant quòd quemadmodum lupus maximè horret hominum conſpectum, ita Danaus ad eum vſque diem Arginorum commertio abſtinuerat. Cum autem lupus taurum occidiſſet, Danao imperium tradiderunt, qui ratus lupum ſibi ab Apolline propitio immiſſum, in honorem Apollinis Lycij templum Argis conſtruxit. Phyſici dicunt Lycium appellatum, quod, quemadmodum lupi pecora rapiunt, & oculorum acie noctis tenebras eruncunt: ſic ipſe quoque radijs ſuis humorem eripiat. Græci eum λυκοκτόνον vocant quaſi tu dicas lupicidam. Videtur tamen Vergilius eum appellare Lycium

cium à Lycia, quæ eſt autore Strabone prope Troiam.

Qualis, ubi hybernam Lyciam, Xanthiq; fluenta
Deſerit, ac Delon maternam inuiſit Apollo.

Pauſanias autor eſt Apollinem dici Smintheum à muribus. Cum enim ſacerdos quidam Apollinis Crinis nomine ſacra dei neglexiſſet, atq; ob hoc nihil penitus fructuũ eo anno collegiſſet, omnibus rebus à muribus corroſis; tanto detrimento commotum ſacerdotem conſueta deo ſacra peregiſſe, deumq; illico mures omnes ſagittis ſuis perdidiſſe, atque ex ea re Smintheum vocatum eſſe. Nam Creténſes mures Sminthas vocare. Scriptum eſt apud Strabonẽ libro decimotertio quo loco de Sminthео loquitur, reſpondiſſe Teucros à Creta profectos ibi ſedem fixuros vbi terrigenæ eos aggrederentur, atque id circa Amaxitum eueniſſe. Maximam enim agreſtium murium multitudinem repente noctu exortã, quicquid ex corio factũ inueniſſent, corroſiſſe, ibiq; Teucros manſiſſe. Addidit idem autor ſimulachrum Apollinis Sminthei ita fuiſſe ſculptum, vt murem pedibus premeret. Ouid. in Faſt. Sminthei

ſanias autor eſt, fortaſſis ἀπὸ τοῦ πολιοῦ ſic di-ctus, quòd pulchrum & album, autore Heſichio, ſignificat. Nam ipſe fingitur imberbis & longo capillitio, hoc eſt, ἀκερσεκόμαν, vt vocat eum Pindarus, ſiue Intonſus, vt Horatius.

Intonſum pueri dicite Cynthium.

Certè à pulchra Cæſariæ Græcis χρυσόκομος, Latinis auricomus appellatus eſt. Notiſſimum eſt illud de Dionyſio, qui dicebat nō conuenire, vt Aeſculapius filius barbatus eſſet, cum pater barba careret. Illud verò omittendum non eſt veteris instituti fuiſſe, vt Apollo ante ianuas coleretur, tanquam Alexicacos. Indéque Thyreum, & Proſtaterium, quòd ante ianuas ſtatueretur, & προόψιον quōd veluti præintueretur, dictum eſſe. Acron ad hunc locum Horatij.

Dauniæ defende decus camœnæ ”

Leuis Agyleu. ”

Agyiæ, inquit, Athenienſi lingua vici dicebantur, quo nomine Apollo ideo appellatus eſt, quia ex oraculi reſponſo in vicis publicis Athenarum ſtatutis altaribus ei

gitized by Google

ſacrificia inſtituerant. Petrus Bembus in principio libelli de Culice contendit verſum Horatij corruptē legi, & pro Agyleu reponendum Agyeu. quod mihi quoque probatur. Apud Aegyptios Apollo, qui ſol illis erat, Horus vocabatur, ex quo & horas viginti quatuor, quibus dies noxq́ conficitur, quidam denominatas volunt. Diodorus tamen Orum ſine aſpiratione ſcribit, dicitq́ eum medendi ac diuinandi artem à matre Iſide edoctum, multum hominibus tum vaticinijs, tum medelis attuliſſe vtilitatis. Habet alicubi Herodotus in certamine Apollinis Triopij tripodes aēreos victoribus conſtitutos, quos tamen è ſacro victores auferre non poterant, ſed ipſi deo relinquere cogebantur. Diodorus autor eſt Triopam ſolis filium in Cariam nauigaſſe, promontoriumq́ tenuiſſe ab eo poſtea Triopium cognominatum. Hinc etiam fortè eſt Apollo Triopius, niſi potius ſic dictus ſit, quaſi τριόφθαλμος ab inſigni prudentia. Meminit idem Diodorus Apollinis Telchinij, eumque ſic apud Lydios appellatum dicit. Strabo libro decimo [illegible], refert

Rhoden

Rhoden prius Telchinin fuiſſe dictam à Telchinibus hominibus maleficis & faſcinatoribus, qui eam incolebant. Vnde fortaſſis à loco vocatus eſt Telchinius, aut à Telechinibus Telechinius, quòd quemadmodum illi animalia & ſtirpes aqua ſtygia inſperſa faſcinarent, ſic Apollo quoties irritaretur, immiſſa peſte homines & pecora perderet. Nam & Libyſtinus cognominatus eſt, propterea quod, cum Libyci Siciliam deprædaturi claſſem ad Pachynum Siciliæ promõtorium appuliſſent, inuocatus a Siculis peſtem hoſtibus immiſiſſet, omneſq; ad vnum penè repentina morte intercepiſſet, quemadmodum refert Macrobius. Plutarchus in Theſeo memoriæ prodidit ſingulis annis menſe Iunio, quem Athenienſes Boëdromionem vocant, ſacra Boëdromia in memoriam reportatæ a Theſeo de Amazonibus victoriæ celebrari conſueta. à quibus Apollinem Boëdromionem vocatum crediderim. Huic enim ſacrificaſſe Theſeum, priuſquam prælium idem confereret. Idem Plutarchus eſt autor.

Certè Pauſanias ſcribit Thebis Boëdro-

mionem Apollinem Pindari eſſe dicatio-nem. Apud eundem Pauſaniam legitur Philoctenem in Italiam delatum cum erroribus ſuis finem ſtatuere vellet, conſtruxiſſe templum Apollinis cognomento Halæi, ibiq; arcum & ſagittas depoſuiſſe. Dictus quoque eſt Thelmiſſeus à filio Thelmiſſe, quem ex Themiſtone filia Zabij Hyperboræorum regis ſuſtulerat: & Carneus a Carno vate, quem quidam Ales nomine interfeceret. Fuit autem Carnus ex Heraclidis vnus, quare deus iratus peſtem immiſit, neque prius placari potuit quàm ex oraculo Carneum Apollinem colere cœptum eſſet. De hoc plura Pauſanias. Vocatus eſt præterea Ptous à Ptoo Athamantis & Themiſtûs filio: vel a Ptoo monte, vbi certiſſima reddebat oracula; & Cilleus à Cilla loco non procul à Thebis; & Marmarinus a Marmario loco prope Cariſtum: & Telphuſius a fonte Bæotiæ Telphuſa, ex quo aquam cum bibiſſet ſenex Tireſias, propter eius ingens frigus repente expirauit, atque ibi ſepultus eſt; & Epidelius ab Epidelio vico, qui eſt iuxta Malcam Laconiæ promontorium, vbi templum ha-

bebat,

hebat. Nam poſt Deli euerſionē cum barbarus quidam Apollinis ſimulachrum per contumeliam in mare proiecisset, poſteaq; ad Peloponneſi litora peruenisset, a Laconibus magna veneratione ſuſceptum eſt, vocatúſque eſt Apollo Epidelius, quaſi ex Delo aduectus. Sed & alia ſortitus eſt cognomina a locis aliis. Nam Cynthius appellatus eſt a Cyntho monte aſpero & ſublimi, qui Delo imminet. Vergilius Ecloga ſexta.

Cum canerem reges, & prælia, Cynthius aurem »
Vellit, & admonuit: »

& Patareus a Patara Lyciæ ciuitate maxima. Horatius:

— Qui Lyciæ tenet »
Dumeta, natalemq; ſyluam »
Delius, & Patareus Apollo: »

& Thymbræus à Thymbra campo Troiæ propinquo. Verg. in tertio Georgi.

Si modo quem perhibes pater eſt Thymbræus Apollo. »

& in tertio Aeneid.

Da propriam Thymbræe domum da mœnia feſſis. »

vbi Seruius dicit Thymbram locum eſſe Ilio proximum Thymbra plenum, in eoq; Achillem à Paride interfectū. Scribit Dio

ſcorides Thymbram herbam eſſe, quæ naſcitur locis aſperis & ſaxoſis, quæq; folia habet ſimilia Thymo, à qua herba potius, quàm à campo pleriq; volunt Apollinem Thymbræum appellatum. Aiunt autem herbam illam facere homines ad Venerem promptiores. Dictus eſt & Actius, ab Actio promõtorio, vbi templum ei dicatum erat, & circa quod memorabile illud Actiacum prælium commiſſum fuit, in quo Cæſar Auguſtus Antonium & Cleopatram nauali pugna ſuperauit. Verg. in clypeo Aeneæ.

» *Actius hæc cernens arcum intendebat Apollo.*

Strabo lib. ſeptimo autor eſt ludos Actios inſtar Olympiorum ſingulis luſtris in honorem Apollinis Actij celebrari cõſuetos, eorumq; curæ Lacedæmonios præfectos. Palatinum verò Apollinem ipſe Auguſtus in palatio, vbi habitabat, poſt Aruſpicum reſponſa conſecrauit, eiq; ædem conſtruxit porticibus & bibliotheca Latina Græcaq; valde celebrẽ. Vnde eſt illud apud Horat.

» *Scripta Palatinus quæcunq; recepit Apollo.*

Memoriæ autem proditum eſt in eo templo fuiſſe columnam quandam quinquaginta pedum, dubiũ pretióne an pulchritudine

nobi

nobiliorem, cortinaſq; aureas ab Auguſto conflatis omnibus alijs imaginibus Apollini Palatino dicatas. Extat epigramma Græcum de Apolline, vbi plura eius cognomina, ſeu potius Epitheta iuxta ſeriem elemẽtorum poſita reperies, quæ breuitatis ſtudio prætermittere voluimus.

DE MERCVRIO.
Caput quintum.

SCRIBVNT NONNVLLI Mercurium à mercibus ita fuiſſe cognominatum, quód mercatoribus preſideret, atque ab his præcipué coleretur, quemadmodum ipſemet apud Plautum teſtis eſt his verbis.

Vt uos in uoſtris uoltis mercimonijs „
Emundis, uendundisq; me lætum lucris „
Afficere, atq; adiuuare in rebus omnibus. „

Hinc à Græcis appellatus eſt modò κερδῷος, quód lucro præeſſet, & damnum minimé amaret; modo ἐμπολαῖος, quaſi dicas negociatorem, vnde cũ marſupio pingebatur: modò δόλιος, quòd eſſet egregius mentiendi artifex; modo ἀγοραῖος, quód in medio foro ſimula

mulachrum eius locari ſoleret. eſt enim ementium & vendentium deus, & res venales vt plurimum in foro exponi conſueuerũt: modò Triphonius, quòd, vt inquit Boccatius, mercatores ſeſe ad mores quarumcumque nationum accommodare norint, vt ſit quaſi τρεπόμενος, ἀπὸ τοῦ τρέπειν. Cicero Triphonij meminit in tertio de natura deorũ. Suidas tradit eum & κλώπα vocatum, id eſt, furem. Erat enim & furum deus, ipſe fur maximus quippe dicitur adhuc in cunis vagiens Apollinis ſagittas interuertiſſe. Malunt alij dictum Mercurium, quaſi medium currentem, quod ſermo currat inter homines velut medius: ideóque à Græcis ἑρμῆν nuncupatũ. Docuit enim Græcos, vt autor eſt Diodorus, verborũ interpretationem. Vnde etiam dictus eſt à noſtris Interpres, vt apud Vergi. in quarto.

» *Nunc etiam interpres diuûm Ioue miſſus ab ipſo.*

& paulo poſt.

—nunc & Ioue miſſus ab ipſo
» *Interpres diuûm fert horrida iuſſa per auras.*

quanquàm alio loco Diodorus ſcribat Interpretis cognomen aſſumpſiſſe, non quòd nominum aut orationis inuentor fuerit, ſed quòd

quòd diligentior eſſet in referendis mandatis, quàm cæteri. Eodem vergunt quæ ſcribit Plato in Cratylo ἑρμῆ, inquit ad ſermonem pertinere videtur, quòd ἑρμηνεὺς ſit & nuntius, & in loquendo ſeductor, & vehemens concionator. Compoſitum eſt nomen ab εἴρειν ἐμήσατο, id eſt, ab excogitatione dicendorum. Boccatius autor eſt, Philonem ex filia Proſerpina, quam in balneis conſpexerat, ſuſtuliſſe Mercuriũ, & cum vellet eum exponere, conſultum quendam Mathematicum reſpondiſſe Philoni, puerum futurum maximum rerum diuinarum interpretem. vnde ſeruatũ à patre & diligenter educatum, Hermetem vocatum fuiſſe: cumq; adoleuiſſet in Aegyptum ſeceſſiſſe, atq; ibi in paucis annis ſic in omni diſciplinarũ genere profeciſſe, vt propter multarum rerum ſcientiam, omnibus eſſet miraculo, iamq; non amplius Hermes, ſed Triſmegiſtus, id eſt, ter maximus appellaretur. Sed ex his Boccatij verbis ſatis conſtat Hermen Triſmegiſtum alium fuiſſe a Mercurio Iouis & Maiæ filio, deorum nuntio, de quo hic agimus. Quin & Suidas ſcribit Hermen hunc Triſmegiſtum Aegyptium, ſapientem virum

rum de diuina Triade corã Pharaone multa Euangelicę veritati conſona diſſeruiſſe. Mercurium autem Gręci ab eloquendi facultate λόγιον appellarũt, & διάκτορα, quod per orationem, animi noſtri ſenſus alijs declaremus, quo fit vt ſacrę ei eſſent linguæ. figurabãt eum allatum, quòd oratione nihil ſit velocius. Vnde & Homerus ἔπεα πτερόεντα vocauit. item iuuenili facie, quòd nunquam ſeneſcat oratio. Sed & eum tetragonum faciebant, διὰ τὴν τετράγωνον τοῦ ἀληθοῦς λόγου, inquit Suidas. Vocabant & eum ἐνόδιον, καὶ ἡγεμόνιον, quod in omnibus actionibus duce vtamur oratione, vel potius quod ipſe in vijs erigeretur, & itinerũ dux putaretẽ. Nam in omnibus triuijs imago tricipitis Mercurij cũ hac inſcriptione, quo ducit hæc via, quò illa, poni ſolebat. Hinc authore Suida, Græcis τρικέφαλος dictus eſt. Sed & Latini ſtatuas illas, q̃ in agris iter viatoribus demonſtrãt, Mercurios vocant. Alij τρικέφαλον cognominatũ malunt, quod nunc in cœlo, nunc in terra, nunc apud inferos verſaretur, quodq; eſſet, vt inquit Horatius, ſuperis deorum gratus & imis. Appellatus eſt & πρόναος, quod ante templum Apollinis Iſmenij vnà cum Pal-

lade

ſade ſtaret, & στροφαῖον, quòd ſanuarum custodiæ præſideret, hoc eſt, ἐπὶ στρόφιγγι τῆς θύρας ἱδρυμένος, vt inquit Heſichius. Ideo autem pro foribus ædium conſtituebatur, vt cum ipſe fur eſſet, alios fures obſeruaret, eoſq; poſt hoſtia latitantes domo propelleret, quemadmodum ipſemet oſtendit apud Ariſtophanẽ in Pluto his verbis, παρὰ τὴν θύραν στροφαῖον ἱδρύσασθαι. ἐπιμέλεια δ' ἐστὶν ἐμοῦ παρὰ τ' ἐν ταῖς θύραις ἱδρύεσθαι καὶ φυλάξαι τῶν ἄλλων κλεπτῶν. οὗτοι γάρ ἐν μέσῳ τῶν ἱερῶν ἑώλακες, ἀναδεῖξαι, ἢ ἄλλοις πανουργεῖν εἶναι.
Macrobius libro tertio Saturnaliũ ſcribit Thuſcos appellaſſe Mercurium Camillum eoq; vocabulo ſignificaſſe præminiſtrum deorum. Hoc enim antiquis ſonaſſe, qui miniſtros miniſtraſq; flaminum Camillos & Camillas appellabant, & Pacuuium vſum eſſe hac voce in ea ſignificatione, quum de Medæa loquens,

Cælitum, inquit, Camilla expectata aduenis.

Plutarchus in Numa refert Grecos ſcriptores Mercurium ab obſequio Camillum appellaſſe ſicut puer qui in templo Iouis miniſtrabat, Camillus dicebatur. Aiunt autem Mercurium etiam vnà cum Hercule in palæſtris cultum, q non ſolùm corporis vires ſed

ſed etiam ratio in palæſtris neceſſaria ſit: ideocq; eum ἐναγώνιον nuncupatum fuit & Argiphõtes appellatus poſt interfectum à ſe Argum, quem Iuno zelotypa cuſtodiendæ Inachi filiæ iam in bouē transformatæ præfecerat: & Harpedophorus, ꝙ gladio Hamato, quem Harpen vocāt, in Argi nece vſus fuiſſe dicatur. Macrobius aliā adfert cauſſam, cur Mercurius Argiphontes dictus ſit & hanc latiſſimè perſequit Boccatius. Pauſanias autor eſt apud Tanagræos duo fuiſſe Mercurij templa, alterum πρόμαχον, quòd in prælio aduerſus Euboeos geſto pro eis dimicauerit: alterum κριοφόρον, quòd humeris circum muros arietem geſtans peſtem ſedauerit, atq; in eius rei memoriā diu manſiſſe conſuetudinem, vt circum muros pulcherrimus iuuenis geſtaret humeris arietē. Quemadmodum autem apud Tanagræos ſimulacrum erat Mercurij tergo portantis arietē, ita eum Aegyptij canino capite effinxerant, Anubin vocātes, vt apud Verg.

— & latrator Anubis,

Dictus eſt & ἐπιμήλιος, ꝙ ante cæteros deos ouium greges maxime cuſtodire & augere crederetur. Meminit Pauſanias & Mercurij

curij Polv[illegible], cu[illegible] [illegible] [illegible]rculem clauam conſecraſ[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]oſt iterum pullu laſſe, q̄ſ ſiet ex Ci[illegible]tro Habuit & Mercu rius aliqua cognomina a locis in quibus co lebatur. Nam Acaceſius vocatus eſt, non q̄ arceat & propulſet mala (ſic enim Apollo tunc dicitur) ſed, vt ait Pauſanias, ab Arca diæ oppido, quod Acaceſium dicebatur. & Nonacrites a Nonacria Arcadiæ ciuitate: & Cyllenius à Cyllene mōte, omnium qui ſunt in Arcadia altiſſimo, vbi Maiam Mer curium peperiſſe volunt. Verg. in octauo.

Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia
Cyllene gelido conceptum uertice fudit.

Tradunt alij dictum Cyllenium, quòd ſoli-tus ſit effingi quadratus eminente tantùm capite, reliquo corpore non expreſſo, ſed ru di. Qui autem manibus carent, a Græcis [illegible], id eſt, trunci nominantur. Iuuenalis:

Nil niſi Cecropidas, truncoq; ſimillimus Hermæ.

Sunt & qui a genis eum Cyllenium velint appellatum, eas enim Græci cylladas vo-cant, quibus præeſt Mercurius autor ſomni. Claudianus:

— Cyllenius aſtitit ales
Somniferam quatiens uirgam, tectusq; galero.

F DE

DE MARTE.

Caput ſextum.

MARCVS VARRO DICIT Martem ideo vocatum, quòd maribus in bello præſit. Hic ſępius appellatur à poetis Mauors, vt apud Vergilium,

— An tibi Mauors
Ventoſa in lingua, pedibuſq; fugacibus iſtis
Semper erit?

& dictus eſt Mauors, ꝙ mares voret: vel potius, vt vult Cicero, quòd magna vortat. Creditus eſt frater Bellonę, ideóq; vocatus eſt ἐνυάλιος, ab ἐνυώ, id eſt, Bellona belli dea. & quia potiſſimum delectatur ſanguine humano, a Græcis nominatus eſt αἱμοχαρὴς, à Latinis ſanguineus. Vergilius;

Sanguineus Mauors clypeo increpat.

Pauſanias dicit eum θηρίταν quoque nuncupatum fuiſſe, non ἀπὸ τῆς θηροῦς, quam Martis fuiſſe nutricem memorant, ſed quòd oporteat virum bellacem in prælio conſtitutum non amplius mitem eſſe ac clementem. Liuius ſcribit in primo Numam Marti Gradiuo Salios legiſſe. Martis Gradiui memi-

nit

nit etiam Vergilius in tertio Aeneid.

Gradiuumq; patrem Geticis qui præſidet aruis.

Dicitſ ei cognomen hoc tributum à Thracibus, quód in bello vltro citroque gradiatur: licet ſint qui Gradiuum a gramine, à quo ortus eſt, deriuent. Ferunt enim Iunonem iratam, quod Iupiter ſine mulieris concubitu Mineruam genuiſſet, & ipſam abſque viri commiſsione tactu cuiuſdam herbæ, quam ei Flora dea commonſtrauerat, Martem peperiſſe indeq; a Græcis dictum ἀπάτορα, quaſi natum ſine patre. Alij Gradiuum ἀπὸ τοῦ κραδαίνειν deriuant, quód vibrare ſignificat. Pauſanias refert in monte Creſio templum eſſe Martis ἀφνειοῦ. Quum enim Mars Aeropen Cephei filiam compreſſiſſet, & illa dolore partus interiſſet, infantem matri defunctæ diu inhæſiſſe, & ex eius mammis multũ ac copioſum lac extraxiſſe, omniaq; Martis nutu facta eſſe, & ideo horum cauſſa Martem Aphnæum nuncupatum. Apud eundem autorem legitur Martem γυναικοθοίναν appellatum fuiſſe, quód Tegeatis quædam mulier vidua vnà cum cæteris mulieribus Lacedæmonios inſidijs ſuperarit, eorumq; Ducẽ Charilaũ captiuum

Tegeam duxerit. Auguſtus verò Imperator ædem Marti Vltori in foro prope Veneris templum dicauit, Ouidius in quinto Faſtorum.

Vltor ad ipſe ſuos cœlo deſcendit honores,
Templaq; in Auguſto conſpicienda foro.

& alibi.

Stat Venus Vltori iuncta uiro ante fores.

Eam autem ædem vouit Auguſtus bello Philippenſi, quod aduerſus Brutum & Caſſium ſuſcepit ad vlciſcendam mortem Cæſaris auunculi. Coluerunt & Romani, vt autor eſt Seruius, Martem Quirinum intra vrbem, quaſi cuſtodem & tranquillum. Dicitur à Græcis hic deus ὁ ἄρης ob maſculam virilitatem. Nam τὸ ἄῤῥην maſculum ſonat: vel potius, vt vult Suidas, à verbo ῥῶ, quod in futuro habet εἴρω, ἐρῶ. Nam adiecta priuatiua particula ᾱ fit ἄρης, quaſi ſine loquela. ἐν τῷ πολέμῳ γὰρ οὐ λόγων, ἀλλ' ἔργων χρεία. res enim non verbis, ſed manibus in bello conficitur.

De Vul-

DE VVLCANO.

Caput ſeptimum.

VLCANVS ET IPSE VNVS ex maiorum gentium dijs, Latinis ita dictus eſt, autore Marco Varrone, quòd ignis propter ſplendorem fulgeat: vel, vt ſcribit Seruius, ad octauum Aeneid. appellatur Vulcanus quaſi Volicanus, quòd per aërem volitet. Ignis enim e nubibus naſcit. Vnde & Homerus dicit eum de aëre præcipitatũ in terras, quòd omne fulmen de aëre cadat. Hinc quidã, licet alioqui malus autor, dicebat Vulcanũ appellatum quaſi volantẽ candorẽ. Sunt & qui dictum velint Vulcanum, quaſi βουλίκαυμον, id eſt, voluntatis calorẽ, propter eum, quẽ tantopere cum Minerua expetiuit concubitum. Vocatus eſt Mulciber, vel quòd omnia mulceat ac domet: vel quòd æra molliat. Nullum enim metalli genus eſt, quod igne non molleſcat: vel quaſi mulcens imbrem. Nam cum nubes altiora petunt, calore in pluuias reſoluuntur. Sunt qui a mutilando dictum velint quòd ob claudicatem ſit mutilatus. Ouidius Mulciberi hoc verſu meminit.

Mulciberis capti Marsq; Venusq; dolis.

Poëtæ fabulantũ hunc ignis eſſe deũ, & ideo ab eis ſæpe dicitur Ignipotens. Verg. in. 8.

Haud ſecus Ignipotens, nec tempore ſegnior illo
Mollibus e ſtratis opera ad fabrilia ſurgit.

Appellatur ab eodẽ poëta paulo poſt Lemnius a Lemno inſula, in quam a matre Iunone ſimul atq; natus fuit, præcipitatus fingitũ.

Hæc pater Aeolijs properat dum Lemnius oris.

Cauſſa autẽ deiectionis huius fuit ſumma infantis deformitas. Vnde quidam de Vulcano intelligunt verſus iſtos apud Verg.

— cui non riſere parentes,
Nec deus hunc menſa, dea nec dignata cubili eſt.

Ab hac autem præcipitatione dicitur Homero Iliad. κυλλοποδίων, id eſt, claudicãs ſeu mãcus. Diodorus Siculus ſcribit Seſoſtrim regem cum flammam ſaluus euaſiſſet, tum cęteris dijs, tum Vulcano Liberatori vota perſoluiſſe. Cœlius &q; autor eſt Vulcanum à Memphiticis lingua patria dici Phtham, & à Gręcis Aphtham, Iamblichus de Opifice rerum loquens. Quatenus ſine mendacio peragit omnia, & artificioſe ſimul cum veritate, Phtha nuncupatũ. Græci verò hũc Vulcanum nominant, artificioſum dunta-

xat

ſtat conſiderãtes, Hunc deum Græci ἥφαιστον vocant, quaſi φάος ἵστωρ, id eſt, luminis præſidem; vel quaſi luminoſum, hoc enim ſignificat φαυσὶς, Cæterum quoniã huius dei pauca ſunt cognomina, referã obiter, quod de templo ipſius apud Aetnã Siciliæ promontoriũ ædificato memoriæ proditũ eſt. Tradunt enĩ ibi canes fuiſſe, q delubrũ ac lucũ cuſtodirent, eius naturæ, vt ſi adeũtes puro intaminatoq; pectore deum ſalutatũ veniſſent, illis cauda blandirẽtur, & veluti aduẽtum gratularentur, tanq̃ talibus deus oblectaretur. ſin vero aliquis impuro corde accederet, procul aduentanti allatrarent, nec templum introire paterentur, veluti ſi talis ingreſſu ſuo ſacra prophanaturus eſſet. cuiuſmodi canes templorum noſtrorum cuſtodes eſſe pauci credo optarint hodie.

DE NEPTVNO. CAP. VIII.

CICERO IN SECVNDO DE natura deorum ſcribit Neptunum dictum eſſe à nando, primis literis paululum immutatis. Alij malũt, vt Marcus Varro, ſic appellatum eſſe à nubendo, id eſt, tegendo. Hic quòd primus claſſem inuenerit,

& nauigandi vſum introduxerit, deus maris creditus eſt. Verg.

—regiq; hæc dicite veſtro,
Non illi imperium Pelagi, ſæuumq; tridentem,
Sed mihi ſorte datum.

Idem à Græcis nominatus eſt Ποσειδῶν, παρὰ τὸ πέδον σείειν, id eſt, à ſoli concuſſione: vel, vt ſcribit Fulgentius, quaſi ποιῶν ἴδος, quòd mare formet imagines in ſe ſpectantium, vt apud Vergilium in eclogis.

Nec ſum adeo informis, nuper me in littore uidi
Cum placidum uentis ſtaret mare, non ego Daphnin
Iudice te metuam, ſi nunquam fallit imago.

vel quòd potũ præbeat omnibus, πόσις enim potus eſt, & δίδωμι, do. vel vt Plato vult in Cratylo à ποσὶ, id eſt, pedibus, καὶ δεσμῷ, id eſt, vinculis, quòd vinculũ habeat in pedibus. Euntem enim ipſum maris natura detinuit neq; vlterius progredi ſinit, ſed quaſi vincula pedibus eius impoſuit. Seruius ſuper illud in ſecundo Aeneid,

Neptunus muros, magnoq; emota tridenti
Fundamenta quatit,

Neptuno, inquit, fundamenta conſecrata ſunt, cuius arbitrio mouẽtur. vnde ἐνοσίχθων vocatur, id eſt, terram mouens. Eadem ra-

tione

tione dicitur γαιήοχος, καὶ ἀσφάλιος, καὶ ἐννοσίγαιος, καὶ σεισίχθων, id eſt, vt nonnulli ad verbum tranſſerunt. Terriquaſſon, & Tellurimotor. Plutarchus in Theſeo refert octauum quenq; diem ſingulorum mẽſium Neptuno quondam fuiſſe conſecratum. Octonarium enim numerum, cũ geminum quadratum in ſe contineat, ſtabilitatem & immobilitatem dei potẽtiæ ſignificare. Vnde inquit, nos Neptunum ἀσφάλειον, καὶ γαιήοχον, id eſt, firmum & minus errantem ac terram continentẽ appellare ſolemus. Herodotus Neptuni σωτῆρος obiter meminit, ſed cognomen illud omnibus dijs commune eſſe poteſt, quorum proprium eſt ſeruare. Nos verò appellationẽ iſtam multo iuſtius Chriſto tribuemus. Imò illi ſoli, non vlli alij cõuenire ex ſacris literis omnes didicimus. Dictus eſt Neptunus Saturnius à Vergilio in quinto.

Tum Saturnius hæc domitor maris edidit alti.

Sed habet cognomen hoc commune cum Ioue fratre, & Iunone ſorore, vt apud eundem poëtam in fine 4. Aeneid.

—iam iam nec maxima Iuno,
Nec Saturnius hæc oculis pater aſpicit æquis.

F.v. & eodem

lebat, imprimis cauere debuiſſe, ne filũ, q̃d templi ædificatores aditu oppoſuerãt, vllo modo frangeret, alioqui futurũ, vt vndarũ inſperſione mox occæcaretur, pauloq́ poſt decederet: quod quia nõnullis euenerat, Hadrianũ imperatorem iuxta vetus illud, templum nouũ extruxiſſe, cuſtodesq́ adhibuiſſe, qui non ſinerent in vetus quenquam inſpicere. Hic autem Neptunus Hippius alio nomine Conſus vocatur. Eundem enim & Equeſtrem & Conſum eſſe volunt. Porrò nomen hoc ei tributum eſt, quòd conſiliis praeeſſe crædatur. & quia conſilia tecta & occulta eſſe decet, idcirco templum habebat ſubterraneum, ad quòd dabatur tantũ acceſſus, cum equiſtria certamina celebrabantur. Nam reliquo anni tempore claudebatur. Illud vulgariſſimum eſt Romulum ſimulatis in honorem Equeſtris Neptuni Conſualibus ludis dato ſuis ſigno virgines Sabinas rapuiſſe. Ouid. in 3. Faſto.

Feſta para Conſo, Conſus tibi cætera dicet.

Aiunt eum Genethlium quoq; fuiſſe appellatum. Sed & Iupiter hoc cognomine dictus eſt, q eí incũbat cura gignendorũ liberorũ. Vocarunt etiam eũ *πετραῖον* quòd olim

ſuper

ſuper ſaxo conſopitus vrinã profuderit genitalem, ex qua natus fuit equus primus, quem dixere [Greek]: vel q diſſectis Theſſaliæ montibus per ipſos Penéum deduxerit cũ antea per vrbẽ flueret, & agros plærosq; vaſtaret. Erat præterea à Troezeniis extra muros tẽplum Neptuno Phytalmio erectũ q eorum precibus motus nõ amplius aquã ſalſam frugib9 inſpergeret. Heſichius idem cognomen Ioui tribuit, & certè Iupiter à poetis ſubinde appellatur hominum fator atq; deorum. Nam [Greek] idem eſt quod ſero ſeu planto. Pauſanias ſcribit cũ Inachus cæteriq; iudices Arguũ agrum Iunoni nõ Neptuno adiudicaſſent, ipſum iratũ regionem aquis obduxiſſe; & cũ Iuno ab eo impetraſſet, vt vnda recederet, Arguos vnde fluctus retroceſſiſſet, Neptuno [Greek] tẽplum conſtruxiſſe [Greek] enim inundo ſignificat. Eodẽ autore dict9 eſt Oncheſtius ab Oncheſto ciuitate, iuxta quam Sphynx erat. Appellatur & Propertio Tænarius. Tænarus enim oppidi, portus, & promõtorij nomen eſt, vbi Neptunus pcipua veneratione habebatur; dixerũt veteres per Tenarũ deſcenſum eſſe ad inferos. Hinc Verg.

Tenà

Tenarias etiam fauces, alia hoſtia Ditis.

Cognominatus eſt & Heliconius, non ab Helicone fonte decātatiſſimo, ſed ab Helice ciuitate, vbi poſitū ei templū erat. Strabo lib. 8. refert totam Helicen vna cū Heliconij Neptuni tēplo diluuij inſtar miſere à fluctibus abſorptam, eamq; cladem ob irā Neptuni accidiſſe. Nam cum Iones ex Helice profugi, legatis ſæpius miſſis ab Helicēſibus neq; Neptuni ſtatuā, neq; ſacra impetrare potuiſſent, iratū deū proxima hyeme vrbē ipſam toto cū loco aquarū inundatione obruiſſe. Illud verò prætereundū non eſt, quemadmodum à certaminibus Iupiter dictus eſt Olympius, & Apollo Pythius, ita & Neptunū ab Iſthmijs ludis, q ſingulis luſtris in Iſthmo Corynthiaco celebrari magna pompa conſueuerāt, Iſthmium cognominatū fuiſſe. Cæterū quēadmodū cōſtans opinio eſt, Olympica ab Hercule in honorē Iouis primitùs inſtituta: ita Plutarch. autor eſt Theſeū emulatiōe Herculis Iſthmia Neptuno primū inſtituiſſe. Quod enim ibidē in Melicertæ honorē conſtitutū eſt, noctu agitari, initādi magis quàm ſpectaculi, aut celebritatis ſpeciem præſe ferens.

Finis libri primi.

neis vittis ornare, & oleo perfritare: Item & Socigena, quòd mulierem viro ſociet: & Iugalis à coniunctione maris & fœminę, vt apud Verg. hoc verſu,

Ne cui me vinclo vellem ſociare iugali. & hoc.

Iunoni ante alios, cui vincla iugalia curæ.

Vbi Seruius Iunonem nominatam dicit iugalem à iugo, quod imponebatur matrimonio coniungendis. Simili de cauſſa dicta à Græcis Gamelia, & à Latinis Pronuba. Verg. in quarto Aeneidos.

—prima & tellus & pronuba Iuno

Dant ſignum.

Eſt & γαμήλιος Iouis epitheton, q ei quoque nuptiæ curæ ſint. Certè apud Quintilianũ Coniugales dij pro Ioue & Iunone accipiuntur, & Plutarc. cõmemorat quinq; deos nuptijs præſidentes, Iouem adultum, Iunonem adultam, Venerem, Lepôrem, & Dianam. Erat & ſextus vel præcipuus Hymenæus, vt apud Catull. in Epithalamio.

Huc ades, ô Hymenæe hymen ades ô Hymenæe.

Quemadmodum autẽ ex eo quod nuptijs prępoſita erat varijs nominibus appellabatur, ſic ex eo quod parturientiũ dea credita eſt, multa quoq; habuit cognoĩa. Dicta eñ eſt

Matrona

Digitized by Google

Matrona, quòd his præſit mulieribus, quæ aptæ ſunt conceptui idoneæq́ vt matres ſiant; & Populonia, quòd ex maris & fœminæ cõmiſsione noui ſubinde populi creentur; & Fluona, quòd mulieres eã ſanguinis fluorem in conceptu retinere putarent, vel quòd eam menſtrua fœminarum ſingulis menſibus ſiſtere crederẽt. Auguſtinus deã, quæ menſtruis fluoribus præeſt, Menam vocat & Februã à februis, id eſt, purgationibus, quòd fœminas poſt partum ſecundis excuntibus purgare putaretur. & Opigena quòd opem laborantibus in partu præbere crederetur; & Lucina, à luce, quã infantib9 ſimul atq; nati ſunt, impartiri dicebatur, vel à luco qui fuit ad radices montis Exquilij, vbi templum habuit antiquiſſimum. Ouidius in 2. Faſt.

Gratia Lucinæ, dedit hæc tibi nomina lucus.
Aut quia principium te dea lucis habes.

Hanc deam in partus diſcrimine ac difficultate inuocari ſolitã autor eſt idem Ouidius in 3. Faſtorum.

Dicite, tu nobis lucem Lucina dediſti.
Dicite, tu voto parturientis ades.

& Plautus in Aulul.

Per

Perij mea nutrix, obſecro te, uterum dolet:
Iuno Lucina tuam fidem.

& Terentius in Andria,

Iuno Lucina fer opem, ſerua me obſecro.

Notandum autem Gręcos etiam Dianam vocaſſe Lucinam, eiq́ parturientium curã tribuiſſe, quòd ipſa ante nata matri Latonę Apollinem enitenti obſtetricis officiũ præſtiterit. Vergil. hoc verſu.

Caſta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo.

Procul dubio de Diana non Iunone intellexit. Certè Cicero cũ ſcribit templum Dianæ Epheſiæ idcirco arſiſſe, quod ipſa in partu Olympiadis adeſſe voluiſſet, ſatis indicat & ipſam Dianam parientibus præfuiſſe. Item & Horatius hoc carmine.

Montium cuſtos nemorumq́ uirgo,
Quæ laborantes utero puellas
Ter uocata audis.

Cauſſam reddunt phyſici, quia Diana eadẽ eſt cum Luna, quæ plurimum cõfert ad pariẽdum, vt cuius propriũ munus ſit rimas corporum diſtendere, & meatibus viã dare, quod eſt accelerando partui admodum ſalutare. Inuocabant & matronæ in ſimili neceſſitate Ilithyiam, quam ex Hyperbo-

Ioue, ac rurſus Stymphalon vbi a Temeno educata fuerat, repetere vellet, χήραν, id eſt, viduam. Et quoniã inter cæteras deas principem locũ obtinere putabatur, vocata eſt κατ' ἐξοχὴν Iuno magna. Verg.

Iunonis Magnæ primum prece numen adora.

& Ouidius in Faſtis,

Monte ſub Exquilio multis inciduus annis
Iunonis Magnæ nomine lucus erat.

Hinc eſt quòd etiam Vergilius eam appellat Reginam deorum.

Aſt ego quæ diuûm incedo Regina.

& alibi vocat eam Bonam.

Adſit Lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno.

Dicta eſt præterea Curitis vel à curru quẽ habuit, vt apud Vergilium,

—hic illius arma,
Hic currus fuit.

Vel potius ab haſta, quæ Curis lingua Sabinorum dicebatur, vt apud Ouid.

Siue quòd haſta Curis priſcis eſt dicta Sabinis.

Nam oẽs propè Iunonis ſtatuæ haſtis innixæ cernebantur, vel q̃ omen eſſet fortiũ virorũ gignendorum. Haſta enim viri ſtrenui donabantur, & captiui ſub ea vendebantur; vel quod violenta fuiſſent prima

connubia; vel vt dicerent vxores virilem ornatum & minime effœminatum amare. Vocata quoq; eſt Moneta a monendo. Cū enim ingens terræ motus accidiſſet, ferunt in arce ex æde Iunonis vocem auditā, quæ monebat, vt ipſi plena procuratio fieret, & ab ea monitione deam Monetam nūcupatam. Cicero in .1. de Diuina. Atq; etiam ſcriptum ā multis eſt, cum terræ motus factus eſſet, vt ſue plena procuratio fieret, vocem ab æde Iunonis ex arce extitiſſe, quocirca Iunonem illam appellatam Monetam. Et in ſecundo. Quod de Moneta dici poteſt, a qua, quid vnquam præter id quam de ſue plena moniti ſumus. Alij autores ſunt Camillum aduerſus Gallos Senones decertaturum, cum deorum quoq; auxilium implorādum cenſeret, ædem Iunoni Monetæ vouiſſe, finitoq; bello Senatum ad eam pro magnitudine populi Romani conſtruendam duumuiros conſtituiſſe locumq; in arce deſtinatum, vbi quōdam fuerat domus Manlij Capitolini, cui ſententiæ aſtipulatur Ouidius in Faſt.

Arce quoq; in ſumma Iunoni templa Monetæ,
Ex voto memorant facta Camille tuo.

Ante

Ante domus Manlii fuerat, qui gallica quondam
A Capitolino reppulit arma Ioue.

Valerius Maximus & Lactantius Firmianus alterius Iunonis Monetæ meminerunt, quæ prius a loco, vbi in præcipua veneratione habebatur, Iuno Veienſis dicebatur. Verba Valerij ſunt hæc, Captis à Furio Camillo Veijs milites iuſſu imperatoris ſimulachrum Iunonis Monetæ, quod ibi præcipua religione cultum erat, in vrbem tralaturi, ſede ſua mouere conabantur, quorũ ab vno per iocum interrogata dea, an Romam migrare vellet, velle reſpõdit. Liuius ſcribit Iunonem hanc, quæ ex Veijs Romã translata eſt, in Auentino collocatam, ibiq; templum ei poſtea ab eodem qui vouerat Camillo dedicatum, ex quo ſatis apparet iſtam non fuiſſe eandem cum ſuperiore. Suidas verò ſcribit Iunonem nuncupatam idcirco Monetam, quòd Romanos in bello quod aduerſus Pyrrhum & Tarentinos geſſerunt, ad rei nummariæ ſummam neceſſitatem redactos monuerit, vt ſimul cũ armis Iuſtitiam colerent. Ita enim fore, vt illis pecuniæ non deeſſent. Refert Pauſanias Iunonem à Lacedæmonijs αἰγοφάγον, id

Ait in Campania cultam Iunonem, quæ Feronia dicebatur. Plutarch. in Hannibale refert, Feroniæ tẽplum, quod erat ea tempeſtate opulentiſſimum, à pœnis direptum. Et Strabo autor eſt eos qui Feronię numine afflabantur, nudis pedibus ardentes prunas ſine vlla læſione perambulaſſe. Sed tamen videtur Feroniam aliam facere à Iunone, ſicut & Plutarchus. Erat & Iuno Gabina à Gabinis religioſiſſimè culta, vt apud Vergilium in. 7. Aeneid.

—quiq; arua Gabinæ
Iunonis gelidumq; Anienem, & roſcida riuis. &c.

Ferunt autem in Samo inſula Iunonem & natam & educatam, & ab ea Samiam nuncupatam. Verg. de Carthagine loquens.

Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam
Poſt habita coluiſſe Samo.

De templo Iunonis Samiæ multa ſcribunt veteres. Referunt enim illud inter cætera orbis miracula propter eius & antiquitatẽ & ſumptuoſitatẽ, in quo preter alia multa, viſebatur & ſimulachrũ deæ in habitu puellæ nubentis figuratum. Nam ibi Iouis & Iunonis nuptiæ celebratæ dicũtur. Seruius ad hunc locum Vergilij in. 5.

Attollit ſe diua Lacinia contrà.

Templum inquit, Iunonis Laciniæ à condi tore, vt quibuſdam placuit, dicitur, vel ſecũdum alios, à Latrone Lacinio, quem illic Hercules interemit, templumq; Iunoni cõdidit. Lactantius lib. 2. cap. 8. ſcribit Fuluiũ cenſorem, cũ ex æde Iunonis Laciniæ marmoreas tegulas abſtuliſſet, quibus templũ Fortunæ equeſtris, quod Romæ conſtruendum curauerat, tegeret; & mente captum, & amiſſis duobus filijs in Illyrico militantibus ſummo animi dolore conſumptũ eſſe. Plinius refert in ara Iunonis Laciniæ ſub diuo ſita cinerem immobilem fuiſſe perflãtibus vndiq; ventis. Idem autor eſt, Zeuxin tabulam quam fecerat, conſpectis omnib9 Agrigentinorum virginibus nudis, in templo Iunonis Laciniæ poſuiſſe. Dicitur autẽ græcè Iuno ἥρα, quæ vox idem latinè ſonat, quod terra vel aër. Nam Iunonem phyſici pro terra ſeu aëre vſurpant. Vel autore Platone quaſi ἐρατὴ, id eſt, amabilis propter amorem quo Iupiter in Iunonem affectus eſt.

DE

DE DIANA.

Caput ſecundum.

DIANA DICTA EST, VT ait Cicero libro ſecundo de natura deorum, quod nocte quaſi diē efficiat; vel vt quidam alius voluit, quaſi duana, quòd Luna duobus temporibus noctu & interdiu appareat: vel à Διὸς quaſi Iouiana; vel quaſi Deuiana, quòd venatores in ſyluis deuiare ſoleant. Cicero libro de natura deo. tertio, quo loco plures commemorat Dianas, tradit Vpin tertiæ Dianæ patrem fuiſſe, deamq́; à Græcis paterno nomine Vpin vocatam. Macrobius appellat eam Opin per o literam, dicitque Vergilium cognomen hoc nō Dianæ, cum tamen ipſi proprium ſit, ſed vni ex comitibus eius tribuiſſe.

Velocem interea ſuperis in ſedibus Opin,
Vnam ex virginibus ſocijs, ſacraq; caterua
Compellabat. — & paulò poſt.
At Triuiæ cuſtos iamdudum in montibus Opis.

Nata dicitur Diana ex Ioue & Latona, vnde & Latonia appellata eſt. Verg.

— & hæc triſtis Latonia voces
Ore dabat.

vocatur. Horatius:

Montium cuſtos, nemorumq́; uirgo,
Quæ laborantes utero puellas
Ter uocata audis, adimisq́; letho Diua Triformis.

& Vergilius in quarto.

Tergeminamq́; Hecatem, tria uirginis ora Dianæ.

& Prudentius contra Symmachum.

Denique cum Luna eſt, ſublustri ſplendet amictu:
Cum ſuccincta iacit calamos, Latonia uirgo eſt:
Cum ſubnixa ſedet ſolio, Plutonia coniux
Imperitat furijs, & dictat iura Megæræ.

& quidam incertus autor.

Terret, luſtrat, agit, Proſerpina, Luna, Diana,
Ima, ſuperna, feras, ſceptro, fulgore, ſagitta.

Marcus Varro dicit Dianam appellatam Triuiam, eò quòd ferè in triuio poneretur in oppidis Græcis. vel quòd diceretur eſſe, quæ in cœlo tribus vijs moueretur, in altitudinem, latitudinem, & longitudinẽ. Ouid. in 1. Faſt.

Ora uides Hecates in tres uergentia partes,
Seruet ut in ternas compita ſecta uias.

Conſueuerãt autem in triuijs & quadriuijs in honorem Dianæ flebiliter vociferari, quòd Ceres amiſſam filiã iſthoc modo requiſiſſet. Porrò Hecate ſic denominata eſt, vel quòd centum victimis placanda eſſet: vel quòd centum annos errare faceret inſepultos: vel

vel propter Lunæ multiplicem virtutem: vel propter coronas quę multipharię circa Lunam conſpiciuntur; vel ab ἑκάτου, id eſt, ſole, vt ſit Hecate, ſicut à Cyntho Cynthia. Item τρικέφαλος, quia, vt inquit Orpheus, tria habuit capita, dextrum equinum, ſiniſtrum caninum, medium ſuis agreſtis. Cæterum quæ Latinis Proſerpina, Græcis Perſephone dicitur, de qua nõnihil in tertio libro dicemus. Feſtus verò autor eſt Dianam non triuijs tantum, ſed etiam vijs præfuiſſe. Hinc appellata eſt ἐνοδία, καὶ νυχία, καὶ νυκτιπόλος, καὶ λαοφόρος, καὶ χθονία. Lunari enim lumine viæ redduntur viatoribus expeditiores, vnde Latinis Noctiluca nominata eſt. Dicta eſt quoq; Dictynna, propter radiorum ſplendorem, hoc eſt, διὰ τὸ βάλλειν δίκειν τὰς ἀκτῖνας. δίκειν γὰρ τὸ βάλλειν ἐστι. Sed ſic ſcriberetur in ſecunda per ι non υ, quare melius alij ἀπὸ τῶν δικτύων id eſt, à plagis deriuant, quòd dea ſit venationis. Diodorus tamē ſcribit Dictynnam aliã eſſe à Diana. Ipſam enim in Creta natam ex Ioue & Charmide, conſuetudineq; Dianæ vſam, atq; hoc cauſſam præbuiſſe, vt eadem cum Diana putaretur. Solinus autor eſt Cretenſes Dianam religioſiſſimè

quon-

quondam veneratos, eamq; Britomartin gētiliter nominaſſe, quod nomen ſonabat eis virgineam dulcem, atq; huius ædem nō licuiſſe cuiquam niſi nudo corpore intrare. Dicunt alij Britonē, Nympham fuiſſe Cretenſem Dianæ ſociam, quæ in retia capiendis piſcibus demiſſa ſe præcipitem dedit, quòd à Marte ſolicitaretur. Inuenio alibi ſcriptum βριτόμαρτιν. Appellata præterea eſt à ſtudio venationis θηροκτόνος, καὶ ἐλαφηβόλος, id eſt, ceruorum & ferarum interfectrix. Sunt tamen qui ſcribant eam Elaphiæam vocatam ab Elaphia nutrice. Lycea quoq; à lupis expulſis nominata eſt, & σώτειρα à Megarenſibus, quòd ipſius potiſſimum auxilio Mardonij exercitum trucidaſſent. Dicitur & Theſeus Dianæ Soteræ templū in Trœzeniorum foro cōſtituiſſe ob ſuperatum Aſterionem Minois regis filium. In multis autem locis ſacrificabatur Dianę ſanguine humano, vt in Tauris loco Scythiæ, vnde Taurica ſeu Tauropolia dicta eſt. Sed cum Ariciam tranſlata eſſet, eiq; ſerui aliquandiu immolati fuiſſent, diſplicuit tandē Romanis ſacrificij crudelitas, traductaque eſt ad Laconas, vbi ſacrificij conſuetudinem

puero

mætho amore victi turpiter coijſſent. Pauſanias addit ob hãc templi profanationem ſecutam magnam agrorum ſterilitatẽ, conſultumq́; Apollinem reſpondiſſe, vt Melanippum & Comæthonem, & præterea ſingulis annis virginem pulcherrimã Dianæ ſacrificarent, tandemq́; Eurypylum illius ſacrificij crudelitatem ſuſtuliſſe. Fuit & λυγόδεσμος appellata, propterea quòd dicatur inuenta inter virgultorum denſitatem, quæ λύγοι vocantur. Dicta quoq; eſt Faſcelis, à faſce lignorum, inter quæ eius ſimulachrum abſcõſum erat, quod occiſo Thoante Tauricæ regionis rege, ab Iphigenia Agamennonnis filia in Italiam delatum eſt. & Leucophryne, cuius idolum filij Themiſtoclis Athenis dedicarunt; & Eucleas quam Thebanis fecit Scopas; & apud Pheneatas Eurippa, cui templum Vlyſſes cõſtruxit, quòd amiſſos equos ibi inueniſſet; & Pyronia in monte Crathide, vnde vetuſtis tẽporibus argiuum ignẽ ad Lernęa ferebãt; & Strongilios quaſi rotunda ſeu turbinata, cuius ſimulachrum fecit Praxiteles; & Coryphæa cuius in apice montis Cymortij viſebatur ſacellum. Sed & à nominibus eorum, qui

tem-

templa ei poſuerunt, vel ſtatuas erexerunt, varias etiam nomenclaturas cõſecuta eſt. Colenis enim denominata eſt à Coleno, q ante Cecropem regnauit. & Cnagia à Cnagio Spartano, qui in bello à Caſtore & Polluce in Aphidnam geſto captus & Cretenſibus venditus, cum deæ ſimulachro in patriam aufugit: & Laphria à Laphrio Phocẽſi, qui eam Calydonijs erexerat, licet alij maluit ſic dictam, quòd ira deæ ſingulis annis in Oeneum ἐλαφροτέρα, id eſt, mitior fieret: & Munychia à Munycho qui ei ſacellũ de nomine ſuo ædificauit. Quia autem vrſam in hoc ſacello genitã Athenienſes occiderãt, ingens fames ſubſecuta eſt, qua non prius eos liberatũ iri reſpondit oraculum, quàm inuentus eſſet qui filiam Dianæ ſacrificaret, quod Embarus quidam hac lege ſe facturum repromiſit, ſi ſacerdotiũ ei quamdiu viueret non adimerẽt: item Brauronia à Braurone populo, vel a Braurone heróe, qui populo nomen dedit. Erat autem in arce Athenienſium Dianę Brauronię fanum & eius ſimulachrũ à Praxitele factum. Alphæa quoq; nominata eſt ab Alphęo, quem miro aſtu deluſit. Nam cum dea intellexiſ-

ſet

ſet illum per noctu[illegible] ſe perſequi ſibi cæteriſq; Nymphis [illegible] faciem illeuit, vt quæ eſſet Diana, diſcernere neſciret, atq; ita re infecta domum rediret. Cæterum Letrinei Alpheū miſerati, ab eius amore Dianam Alphæam nominarunt. Dicta eſt præterea Lycaonitis à Lycoa ciuitate, vbi templum habuit & Sciatis a Scia loco & Cnacalyſia à Cnacalo monte iuxta quem ſacra ei faciebant Caphyatæ; & Pergæa à Perga oppido Pamphiliæ, vbi templum habebat operoſiſſimum, & ei fiebant celeberrima quotānis feſta. & Stymphalia à Stymphalo vrbe, circa cuius ædificia effictæ erant Stymphalides aues andropophagi, quas Hercules ſagittis confecit; & Amaryſia ab vrbe Amaryntho. & Agrotera ab Agra regione, vbi deam venationem primum exercuiſſe tradūt, cuius rei gratia, ſimulachrū eius arcum tenebat; & Delia ab inſula Delo; & Cynthia à Cyntho monte, qui tantæ fertur altitudinis, vt totam Delon vmbra ſua tegat. Vergilius in 1. eclog.

Notior ut non ſit canibus iam Delia noſtris. "

& in primo Aeneid.

Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi "

Exercet Diana cho…

& Suſia à Suſa nobiliſſimo Perſarum oppido, in quo Dianæ Suſiæ templum erat magnificentiſſimum & Coloēna a lacu quodā Coloo nomine, circa quem in maxima habebatur veneratione. Refert Strabo ſcripſiſſe quoſdam in hoc loco diebus ſolennibus ſimias ſaltare conſueuiſſe; & Condyleatis à Condylea vno à Caphyis diſtāte ſtadio ſed hęc poſtea mutato nomine ἀπαγχομένη inde appellata eſt, quòd pueri circa templum eius colludentes funiculum fortè repertū Dianæ collo iniecerunt, deam ſe ſuſpendiſſe clamantes. Sed cum à Caphyatis depręhenſi, lapidibusq; obruti fuiſſent, accidit, vt Caphyatarum vxores abortirent. Conſultum oraculum reſpondit pueros ſepeliēdos eſſe, & eis ſacra quotannis facienda, Inter omnia autem Dianę delubra, quę varijs in locis habuit, nullum magnificentius extitit templo Dianę Epheſiæ, vt quod à tota Aſia vix perfectū ſit ducentis viginti annis, Plinius ſcribit ædem hanc ædificatā eſſe in loco paluſtri, ne terræmotus aut hiatus timeret: & ne in lubrico atque inſtabilitatę mollis fundamēta locarētur, ea ſubſtra

ta eſſe

ta eſſe calcatis antè carbonibus, deinde la
næ velleribus; vniuerſiq; templi longitudi-
nem quadringentorũ viginti quinq; pedum
fuiſſe, latitudinem ducẽtorum viginti. Item
columnas centum viginti ſeptem fuiſſe, ſe-
xaginta pedũ latitudine a ſingulis regibus
factas. Pindarus, Mela, & Solinus tradunt
ab Amazonibus Aſia potitis templum hoc
conſtructum fuiſſe. Sed Pauſanias Pinda-
rum reprehendit dicẽs Crœſum quendam
virum indigenam & Epheſium Iſtri fluuij
creditum filium, templum hoc ædificaſſe.
Adeo autem celebre fuit hoc Dianæ Ephe
ſiæ templum, vt inter ſeptem orbis miracu
la annumeratum ſit, & cum Xerxes omnia
Aſiatica templa igni daret, huic ſoli peper-
cerit. Sed hæc Xerxis clementia, inquit So
linus, nõ diu ſacras ædes à malo vindicauit.
Nã Eroſtratus cũ nomen ſuũ poſteritati cõ
ſecrare modis omnibꝰ cuperet, atq; hoc vir
tute cõſequi ſceleratus nebulo nõ poſſet; no
biliſſimã fabricã manu ſua incẽdit, ratꝰ pro
pter hoc ſaltẽ facinus nomẽ ſuũ ab Hiſtorio
graphis propagatũ iri. Refert Strabo cum
Eroſtratus Dianę templũ igni cõſumpſiſſet
Epheſios nouũ cõſtruxiſſe priore magnifi-

Digitized by Google

centius, mulierum ornamẽtis & multis opibus ad id collatis, refectisq́ prioribus colũnis. Inuenio & Romanos Dianę in Auentino rem diuinam facere conſueuiſſe, Seruiumq́ Tullium Romanorum Regem Latinis ſuaſiſſe, vt exemplo eorum, qui Dianę Epheſię ędem conſtruxerant, & ipſi Dianę Auentinę in Auentino monte templum ędificarent. Propertius:

Phillis Auentinę quędam eſt uicina Dianę. & cæt.

DE MINERVA.

Caput tertium.

APPELLATA EST MINERua teſte Cicerone, quę vel minueret vel minaretur. Sunt q dictam ſic velint, quod bene moneret: vel quod pingeretur armis minitãs: vel quod ventorum vim minuerit. Nam a ventorum diminutione etiam Gręcis *ἀνεμῶτις* vocata eſt. Hanc Diomedes apud Mothonem Peloponneſi ciuitatem, quod ipſius auxilio ſedata eſſet vẽtorum tempeſtas, ſimulachrum poſuiſſe dicitur. Facit autem Cicero quinque Mineruas, dicitq́ quartam ab Arcadibus

bus Coriam nominatam, & hanc quadrigarum vſum inueniſſe, vnde fortaſsis & Græci Mineruam Hippiam vocauerunt. Crediderunt Athenienſes deam hanc omnium artium inuentricem fuiſſe. Hinc eam ἐργάνην à multis operibus, quibus præeſſe putabatur cognominauerũt. Diodorus Siculus tradit Mineruam tibias, earumq́ cantum, & plurima inſtrumẽta ad varias artes pertinẽtia adinueniſſe, indeq́ eam ἐργάνην, id eſt, operariam nuncupatam eſſe. Simili ratione dicta eſt μηχανῖτις. Scribit Plinius Demetrium feciſſe Mineruam, quę Muſica nominabatur. Pauſanias quoq; autor eſt Mineruam ab Helegeo σάλπιγγα cognominatam. Sed videtur tubæ inuentionẽ Helegeo non Mineruæ tribuere. Vocauerunt & nonnulli deam hanc à medendi arte bonaq́ valetudine, quã præſtare credebatur, Pæoniam & Hygiæam. Sed & à rebus bellicis, quibus præfuiſſe credita eſt, multas appellationes habuit. Dicta enim eſt Latinis Bellona. Statius.

— regit atra iugales
Sanguinea Bellona manu.

Templum autem Bellonę fuit in vrbe non

Hıη pro-

procul a Circo maximo, ante quod erat au- tore Feſto columnella, vnde haſtam mitte bant, quoties aliquibus gentibus bellum in dicere volebant. Ouidius in ſexto Faſt.

" *Hinc ſolet haſta manu belli prænuntia mitti,*
" *In regem & gentes cum placet arma capi.*

Appius Claudius dicitur Bellonę templum conſtituiſſe, quo tempore Romani contra Pyrrhum bellum gerebant. Ouidius eo- dem libro.

" *Hoc ſacrata die Thuſco Bellona duello*
" *Dicitur, & Latio proſpera ſemper adeſt.*
" *Appius eſt autor, Pyrrho qui pace negata*
" *Multum animo uidit, lumine cæcus erat.*

Dicunt aliqui Bellonam candem eſſe cum [illegible], quæ ſic nominata eſt, quód [illegible] id eſt, à furore immittendo pu gnantibus: vel quod minimé ſit mitis. A Vi- ctoria quoque, quam ſtrenué bellantibus lar giri ſolet, [illegible] dicta eſt, cuius ſimulachrum colebatur Athenis apteron, id eſt, ſine alis vt inde victoria non euolaret, habebatque in manu dextra malum punicū, in ſiniſtra ga- leam. A bellis etiam Stratia nominata eſt Sed Aſtratęa apud Laconas dicta eſt, quod

Ama-

Amazones vlterius progreſſæ nõ fuiſſent, ibiq; finem belligerandi feciſſent. Nam [illegible] Græcis pax eſt, quando ſcilicet ceſſatur à bello. Scribit Pauſanias apud Thebanos duo ſimulachra ſtetiſſe Palladis cognomẽto ζωστηρίας, quę ab Amphitryone ideo dedicata ferunt, quod aduerſus Euboeos & Chalcoduntem pugnaturus, ibi arma induerit. Significabat enim ζώννυσθαι veteribus τὰ ὅπλα ἐνδύειν, id eſt, arma induere. Lycophronis interpres ait & Mineruam Laphryam appellatã, quaſi Laphyriam per ſyncopen, quod victores ex bello ferãt τὰ λάφυρα, id eſt, exuuias. Dicebatur præterea χαλκίοικος, vel quia ædem haberet æream, vel quia Chalcidenſes ex Euboea profugi templũ ei conſtruxiſſent; & πολιοῦχος, id eſt, ciuitatis gubernatrix, ſeu Tutelaris, vt vertit Valla ex Herodoto. Hanc Pauſanias tradit eandem fuiſſe cum Chalcioeco. Huius autem Mineruæ templum incepiſſe dicitur Tyndarus, perfeciſſe Lacedæmonij ex ære conflato ſimulachro. Vocata quoque eſt παλλὰς ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ δόρυ, id eſt, à vibratione haſtæ, vnde & Armiſona dicitur a Poëta in tertio Aeneidos:

—Tum numina ſancta precamur
Palladis Armiſonæ.

vel a Pallante patre, quē ne ab eo comme peretur, occidiſſe fertur: vel quód apud Pallantem Lycaonis filium educata ſit: vel [illegible], id eſt, q in capite Iouis agitaretur: vel [illegible], id eſt, quód palpitans adhuc cor Dionyſij ad Iouem tulerit. Tradunt eam & Glaucopin dictam de formidolo aſpectu. Nam leones & dracones nonnunquam Glauci dicuntur, vel à glaucis, id eſt, cæſijs oculis, quales habuiſſe Neptunum ferunt, a quo de Tritonide palude Mineruam ſuſceptam fingunt. Diodorus arbitratur appellatam Glaucopin, non quód glaucos habuerit oculos, vt Græci memoriæ prodiderunt, ſed quód aer quem Pallada nominarunt, glauci ſit coloris. Certè idem Diodorus ſcribit Mineruam Tergeminam à quibuſdam dictam, propter tria anni tempora, ver, æſtatem, & hyemem. Sunt qui tradiderunt Glaucopin vocatam [illegible], id eſt, q illuſtris ſit virtus ac cōſpicua. Colebant Athenienſes Mineruā Poliadem, quā etiam [illegible],

id eſt,

ſd eſt, vrbanā vocabant, & hoc ad differentiā eius, q̄ extra muros ędes ſacras habebat. Meminit Lucia in Lapythis huius cognoīs ὤμοσε, inquit, κατὰ τῆς πολιάδος μὴ εἰληφέναι, id eſt, Iuraui per Poliadem me non cepiſſe. Delectabatur ipſa vrbibus. vnde Verg.

"— *Pallas quas condidit arces*
"*Ipſa colat.*

Pauſanias autor, eſt Mineruæ ὀξυδερκεῖ, id eſt, acutè cernenti dicatum à Diomede templum, quòd ipſi ad Troiam pugnanti caliginem ex oculis eiecerit: & ab Hercule poſt ſumptā de Hippocoonte eiuſq; liberis vindictā, ædem conſtructā Mineruæ ἀξιοποίνῳ, id eſt, Vltrici. Veteres enim vltiones ποινὰς nominaſſe. Fuit & non procul à monumento filiorum Medeæ templū Mineruæ Chalinitidos cognominatæ. Ipſa enim Bellerophonti Pegaſum equum præbuit, & eum infrenauit. vnde à freno, id eſt, ἀπὸ τοῦ χαλινοῦ Chalinitis denominata eſt. Eleæ quoq; mulieres Mineruę cognomēto μητρὸς templum ędificauerunt, quod, cum viderent regionē ſuam hominibus viduatam, ab ea impetraſſent, vt primo cum viris concubitu grauidæ fierent. Et Vlyſſes poſt ſuperatos curſu

procos Palladis κελευθείας ſimulachrum ère-xit, quã ſic appellauit, vel ἀπὸ τοῦ κελεύειν, id eſt, ab adhortando; vel à via, quã Græci κέλευθον vocant. Porrò ſicut Mercurius Pronaos di-citur, vt ante diximus, ſic Minerua ab He-rodoto προναίης, id eſt, ſi latinè transferre vis Protemplaris. Verba Herodoti latinè ſic habent, Saxa quę à Parnaſſo deciderunt, ad hæc ad noſtram vſq; memoriam integra ex-tant in fano Mineruæ Protemplaris loca-ta. Idem autor obiter meminit Mineruæ Palenidis, Aleæ, & Craſtiæ. Refert Plutar-chus in vitis, cum Lycurgus priuatorum lu-xum ſubſtuliſſet, diuitibusq; ob hoc, factuſ eſſet inuiſus, quendam inſolentem hominẽ Alcandrũ noĩe alterũ oculũ Lycurgo eru-iſſe, poſteaq; Lycurgũ in huius calamitatis memoriã Mineruæ templum ſtatuiſſe, quã Optiletin vocauit. Nã oculos Dores ὀπτίλους appellare. Apaturia quoq; cognominata eſt ab Aethra, q̃ per quietẽ monita a Minerua, vt Sphæro ſacrificaret, cum in inſulam tra-iecisset, a Neptuno cõpreſſa Palladis Apa-turias, id eſt, deceptricis templum ibi ere-xit, prætereaq; conſtituit, vt Troezeniorũ virgines zonas ante nuptias Apaturię Pal-

ladi

ladi conſecrarent. Erat & feſtum Athenis Apaturia nomine, quaſi Homopatoria, quod patres liberorum curiæ adſcribendorum gratia tum conuenirent, de quo feſto copioſe Suidas. Gorgonia verò dicta eſt, quod Meduſam vnam ex tribus Gorgonibus, quæ concubitu ſuo templum deæ profanauerat Perſeus Mineruæ ſcuto armatus amputato capite occidiſſet; vel ab aſpectu truculento. Nam ὁ γοργὸς truculentum ſonat, fortaſſis quia Gorgonis caput, quod anguibus loco crinium circundabatur, viſu atrox eſſet. Fabulantur enim Gorgonis caput tale fuiſſe, vt homines hoc conſpecto ſtatim in lapides verterentur. Scribunt alij Phorcum Cyrenenſem columnis Herculis imperantem aureum Palladis ſimulachrum feciſſe, linguaque patria Gorgonem vocaſſe. Cyrenenſes enim appellare Mineruam Gorgonem, quemadmodum Dianam Thraces Bendeam, Cretenſes Dictynnam, Lacedæmonij Vpin, hocque ſimulachrum poſtea vi a Perſeo ablatum, quod fabulę cauſſam dedit. Pauſanias autor eſt Halæum quendam Tegeatem templum ædificaſſe Mineruæ, quam a nomine ſuo Halæam nuncupauit, Tegeataſque hoc igni conſumpto, poſtea

ſtea longè ſumptuoſius conſtruxiſſe, Augu ſtumq́; imperatorem poſt ſuperatũ Actiaco prælio Antonium, Haleæ Mineruæ vetuſtiſſimum ſimulachrum cepiſſe, dẽtesq́; apri Calidonij, qui in eo templo erant, quiq́; vlnæ longitudinem vincebant, Romã trãſtuliſſe. Relatum eſt in Græcorum monumentis Phyſcoam Eleam mulierem filium Narcæum Dionyſio peperiſſe, qui bellum cum finitimis geſſit, magnamq́; potentiam aceptus Mineruæ Narcææ tẽplum de ſuo nomine condidit. Ariſtoteles ſcribit apud Daunios Apuliæ populos vetuſtiſſimum fuiſſe Palladis Acheæ tẽplum, in quo Diomedis & ſociorum arma viſebantur. Herodotus quoq́; cõmemorat Halyattem cum incendiſſet Myleſiorum ſegetes, atq́; ex illo igne, valido ſpirante vento Mineruæ fanum cognomento Aſſeſſiæ deflagraſſet, repente in morbum incidiſſe, Pythiamq́; reſpondiſſe non prius regem conualiturum, quàm templum inſtauraſſet, quod in ditione Mileſiorum apud Aſſeſum concremaſſet. Fuit & apud Sicyonios tẽplum Mineruæ Sicyoniæ, quod Epopeus ob partam cõtra Beotios victoriam ſolenniter extruxit.

Ferunt

Ferunt autem perfecto templo cum Epopeus deam oraſſet, vt, ſi quod fecerat ipſi gratum eſſet, aliquo indicaret ſigno repente ante tēplum ſua ſponte oleū vbertim fluxiſſe. Erat & in Piſæa regione Palladis Cydoniæ templum à Clymeno Herculis Idæi nepote, qui ex Cydonia Cretica ciuitate eò venerat, conditum. Item aliud apud Plateenſes Areæ Mineruæ, id eſt fortis & ſtrenuæ, ex Marathoniæ pugnę manubijs ædificatū. Aiunt autē & Oreſtē apud Areopagū vbi matris occiſæ cauſſam dixerat, abſolutum, Mineruæ Areæ à loco ſacellū conſtruxiſſe. Tradūt & Itoniæ Mineruæ templum fuiſſe inter Alalcomenas & Coroniam, appellatamq́ʒ ſic deam ab Itonio Amphyctionis filio, ſeu ab Itono Heröe, ſeu ab Itone ciuitate, quæ eſt in Epiro, vbi celeberrimū habuit templum. Plutarchus in vitis ſcribit Pyrrhum ſuperato Antigono ſuſpendiſſe ſplendidiora & ornatiora ſpolia in templo Palladis Itoniæ cum huiuſmodi Epigrammate.

Hæc de pugnacei Galatarum munera gente
Moloßus Pyrrhus fixit captiua Mineruæ.
Cum totum Antigoni robur, totamq́; ſubegit

Pugnam

„ *Pugnando turmas neq; id eſt mirabile namq;*
„ *Egregij bello, & clari ſunt ſemper in armis*
„ *Aeacidæ.*

Dicta etiã eſt Alalcomeneis ab Alalcomeneo quodam, à quo deam in Alalcomenia ſeu ciuitate ſeu vico educatam ferunt. Neq; enim παρὰ τὸ ἀλαλκεῖν, quod ſignificat auxiliando expellere, vt pleriq; voluerũt, ſic vocata eſt (eſſet enim alalceis) ſed vt a Theſeo Theſeis, ſic ab Alalcomeneo Alalcomeneis deriuatur. Appellata eſt & Tritonia à Tritone palude iuxta quam ex Iouis cerebro nata dicitur. Lucanus in nono de Tritone loquens;

„ *Hanc & Pallas amat, patrio quòd uertice nata*
„ *Terrarum primam Lybien (nam proxima cœlo eſt,*
„ *Vt probat ipſe calor) tetigit, ſtagniq; quieta*
„ *Vultus uidit aqua, poſuitq; in margine plantas*
„ *Et ſe dilecta Tritonida dixit ab unda.*

Herodotus ait non eam Iouis, ſed Neptuni & Tritonidis Paludis filiam fuiſſe, creditã autem Iouis filiam, quòd à patre repræhenſa Ioui ſe donaſſet. Dicitur Tritonia per ſyncopen pro Tritogenia extrita ge ſyllaba. Camers in Solinum Tritogeniã appellatam autumat, quòd ſcientiarum inuẽtrix ſit;

ſit, τριτογενείας enim nom e, ſignificari prudentiam. Vnde Democritus dicebat eam Tritoniam vocatam, quòd tria hæc mortalibus largiretur βουλεύειν καλῶς, κρίνειν ὀρθῶς, καὶ πράττειν δικαίως. Poteſt & videri ſic dicta, quòd τριτομηνὶς, id eſt, tertio menſis die nata ſit, qui ſacer poſtea fuit Athenienſibus: vel quòd è Iouis capite prodijt Trito enim Bœoti caput vocant: vel quòd eadem cũ Luna credatur quæ tertio poſt coitum die apparere incipit. vel, autore Suida, quòd τρίτη μετὰ Ἄρτεμιν, καὶ Ἀπόλλωνα ἐγεννήθη, quòd tertio loco poſt Dianam & Apollinem nata ſit. Vergilius hoc nomine Mineruam ſæpe compellat, vt in primo Aeneidos.

Nec dubijs ea ſigna dedit Tritonia monſtris.

& alibi.

Iam ſummas arces Tritonia (reſpice) Pallas, &c.

Græcè autem hæc dea dicitur ἀθήνη, de prævidendi poteſtate, quaſi Athrena. Nam ἀθρεῖν perfectius inſpicere ſignificat, vel quòd ei matris vbera neceſſe non fuerit ſugere, vt quæ de capite Iouis nata ſit. Nam θηλάζειν lactare dicitur, vel quaſi ἀθάνατος πάρθενος, quia ſapientia nec mori nec corrumpi poteſt. Vel autore Platone quaſi ἁ θεᾶ νόησιν

vt quæ

vt quæ diuina cog[illegible] Hæc Athenarũ vrbi de nom[illegible] non impoſuit, licet ea de re Neptu[illegible] ũ ea contenderit.

DE VENERE.

Caput quartum.

VNDE DICTA SIT VEnus, oſtendit Cicero li. 3. de natur. deor. ſic ſcribens. Quæ autem dea ad res omnes veniret, Venerẽ noſtri nominarunt, atq; eo potius venuſtas, quàm Venus à venuſtate. Vocatur Græcis ἀφροδίτη, & Latinis Cœligena quód nata ſit in mari de virilibus Cœli patris. Ferunt enim Saturnum Cœli patris genitalia falce amputata in mare proieciſſe, deq; horum cruore & maris ſpuma Venerem procreatam fuiſſe, indeque ipſam ἀφροδίτην ἀπὸ τοῦ ἀφροῦ, id eſt, à ſpuma nuncupatam. Vergil. in. 5. ſub perſona Neptuni.

Fas omne eſt Cytherea meis te fidere regnis,
Vnde genus ducis.

Ad quem locum Seruius ſcribit ideo poëtas fingere Venerem ex Cœli pudendis natam, quod omnes corporis vires Venus debilitet,

biſitet, & conc[...] corporis damno peragi nequea[...] mari, quòd ſudor ſalſus ſit, qui ſe[...] po[...] eliat coitũ. Ariſtoteles, quem ſequitur Fulgentius, ἀφροδίτην vult eſſe dictam, quòd ſpermatis natura ſit ἀφρώδης, id eſt, ſpumoſa. Euripides verò quòd ἀφροσύνης, id eſt, inſipientiæ dea ſit. Amor enim inſaniæ & furoris cauſſa eſt. vel παρὰ τὸ ἁβρὸν τῆς διαίτης, id eſt, à vitæ molitiæ, β in φ commutata. Simili de cauſſa dicta eſt φιλομμηδία, ἀπὸ τῶν μηδέων à pudendis. Nonnulli tamen ſcribũt in nominatiuo φιλομμειδὴς, & deriuant ἀπὸ τοῦ μειδιᾶν, id eſt, a ridendo. quòd ad omnem hilaritatem nos prouocet. Plinius eam ἀναδυομένην alicubi vocauit, credo quòd in mari ſubmerſa non ſit, ſed ad litus enatauerit. Nam δύνω, idem eſt quòd ſubmergor. Plato autem duas poſuit Veneres, alteram cœleſtem, quæ ſanctos excitat amores, alteram terreſtrem, quæ ad impudicitiam impellit. Priorem οὐρανίαν, καὶ ἀποστροφίαν Græci nominabant, quòd diuina prorſus eſſet, & ab impijs amoribus iniuſtisq́ deſiderijs humanum genus auertere crederetur: & Romani Verticordiam, quòd ipſa corda Romanorum mulierum uo-

Digitized by Google

dam tempore in libidinem impotentius ſe ruentium ad pudicitiam conuerterit. Herodotus ſcribit templum Veneris Vraniæ inter cætera huius deæ fana vetuſtiſſimum à Scythis direptum fuiſſe, deamq́ ob id iratam θήλειαν morbum immiſiſſe. Altera autem Terreſtris Venus innumeris cognominibus appellata eſt. Nam quòd obſcœnis amoribus præeſſe putaretur, ἑταίρα, id eſt meretricia nuncupata eſt, & πάνδημος, quòd ad eius templum in veteri Athenienſium foro conſtructum vniuerſus populus conflueret, vel quòd ei Solon ex proſtitutarum capturis ædem erexerit: & Murtia, quòd homines Murcidos, id eſt, inertes ac deſidioſos efficiat. Plinius & Plutarchus autores ſunt, quam modo Murtiam Venerem dicimus, olym Myrteam vocatam fuiſſe. Nam Myrtus quòd odifera ſit, & Venus odoribus vnguẽtisq́ delectetur, huic deæ conſecrata erat. Sunt qui ſcribant metas à veteribus Murtias appellatas. Hæc Libitina quoque dicta eſt à libendo, ſicut libido & libidinoſus, vt teſtis eſt Marcus Varro. Plutarchus in Vitis. Inſtituit, inquit, Numa Pompilius Libiti-

nam

ſtam coli, quæ dea eſt inſpectrix eorum quæ mortuis iuſta perſoluuntur, ſiue Proſerpinam eam, ſiue Venerem credimus. Sic igitur eadem dea principium ac finem vitæ inferre credita eſt. Vnde etiam Epitymbia appellata eſt, ad cuius ſtatuam, quæ Delphis erat, in parentationibus & libationibus manes elicere atque euocare moris erat. Herodotus in primo ſcribit legem Babylonijs fuiſſe, vt omnes mulieres indigenæ ſemel in vita ad Veneris templum cum externis hominibus conſuetudinem haberent, hoſpitemque illum, qui pecuniam in ſinum mulieris inijciebat, dicere oportuiſſe. Tanti ego tibi deam Mylittam imploro. Mylittam enim Aſſyrios Venerem appellaſſe. Et in eodem lib. Aſſyrij, inquit, Venerem Mylittam vocant, Arabes eandem Alittam appellant, Perſæ Matram. Dicta eſt preterea Acidalia, vel quia miſeris amantibus plurimos angores immittit: vel ab Acidalio fonte Bœotiæ, in quo ſe Gratiæ lauabãt, quæ ipſi ſacræ erãt. Vergilius de Cupidine loquens;

At memor ille matris Acidaliæ.

Fuit & Melanis nuncupata, quòd ipſa tenebras amet, homineſq; noctu ſæpius coëant & Genetyllis, vt Ariſtophanis interpres ait, quòd genituræ præſit, qua ratione & latinè Genetricem dictam crediderim. Seruius ad illud 2. Georg.

Non aliam ob cauſſam Baccho caper.

Ait Genitrici Veneri, id eſt, Romanæ de victimis ſacrificari. Diodorus Siculus refert Heliopolitas Venerem ex antiquo nomine Aureā appellaſſe, agrumq; eſſe prope Memphim Aureæ Veneris. Verg

At non Venus Aurea contra
Pauca refert.

Fortaſſis hoc cognomine dicta eſt, quòd formoſa præ alijs fuerit, in qua ſignificatione Aureus ſæpe vſurpatur.

—Auleis iam ſe regina ſuperbis
Aurea compoſuit ſponda, mediamq; locauit.

vel quòd amor auro maximè concilietur. vt apud Ouid.

Aurea nunc verè ſunt ſecula plurimus auro
Venit honos, auro conciliatur amor.

Colebatur & apud Lacedæmonios Venus cognomento Morpho, fortaſſis ita di-

cta

cta κατὰ τῆς μορφῆς, id eſt, à forma. Huius ſimulachro Tyndarus pedicas impoſuit, non quòd Venerem vinxerit, vt deæ in filias opprobria vlciſceretur, quod nonnulli putauerunt; ſed vt per illas denotaret mulieres domi manere debere maritorum dicto audientes. Cœlius autor eſt & à pulchris clunibus eam Callipygon dictam eſſe. Nam cum duæ quædam viſendæ pulchritudinis puellæ, de natium pręſtantia diu cõtendiſſent, tandemq; placuiſſet rẽ adoleſcentis cuiuſdam arbitrio permitti, & ille vtraque diligenter inſpecta natu maiori palmam addixiſſet, eamq; coniugio ſibi copulaſſet; occaſionem Syracuſanis prębuerũt, vt ab hac natium altercatione Veneri Callipygæ templum conſtruerent, vſqueadeo leuibus de cauſſis antiquitas ſuperſtitioſa dijs ſacras ædes ædificabat. Erat & apud Lacedæmonios Venus armata, cui cognomen hoc ei tributum eſt ideo, quòd Spartanæ mulieres ſumptis armis Meſſeniorũ impetum non ſolùm ſuſtinuiſſent, ſed etiã eos in fugam vertiſſent. Extat pulcherrimum de hac venere apud Græcos epigrãma, quod latinum ſic fecit Auſonius.

" *Armatam uidit Venerem Lacedæmone Pallas.*
" *Nunc certemus, ait, iudice uel Paride.*
" *Cui Venus armatam, tu me temeraria temnis?*
" *Quæ, quo te uici tempore, nuda fui.*

Mantinenſes quoque Venerem Symmachiam honorificentiſſimè coluerunt, quòd in Actiaco prælio Romanis opem tuliſſet. Legimus & Venerem ἱππίαν, id eſt, Equeſtrem ab Aenea filio nominatam, quòd ipſe longa diuturnaq́ꝫ nauigatione feſſus tandem equum conſcenderit, matremq́ꝫ huiuſmodi effigie & ipſe coluerit, & ab alijs inſtituerit. Plutarchus tradit Theſeum cum in Cretam nauigaret eam à Minotauro liberaturus, & Delphinio Apollini pro ſua ſuorumque ſalute ſupplicaſſet: reſponſum à deo accepiſſe, vt Venerem ſibi ducem itineris aſſumeret; cumq́ꝫ ad mare ſacrificaret, apparuiſſe ei Venerem in caprum mutatam, eamq́ꝫ ob cauſſam deam Epitragiam fuiſſe nominatam. Strabo ſcribit in vndecimo, in vrbe Phanagoria inſigne fuiſſe Veneris Apaturiæ templum. Fortaſſis ab ἀπατάω, quod decipere ſignificat, ita cognominata eſt. Nam cum gygantes

tes

tes quodam tempore vellent eam interimere, dicitur in latebris tam diu delituiſſe, donec Herculis auxilio ſigillatim omnes interfecit. Diximus ſuperius & Mineruam hoc cognomine vocatam fuiſſe. De appellatione autem Veneris ἀνοσίας ſic Ariſtophanis interpres. Cum Lais meretrix inſignis in Theſſaliam profecta, ob formæ elegantiam ac venuſtatem ab adoleſcentibus Theſſalis ſic adamaretur, vt eius veſtibulum etiam vino aſpergerent. Theſſalæ mulieres inuidia motæ eam in Veneris templo, dum ſacra fierent, quæ viris adire nequaquã fas erat, confoderunt. Propter quod facinus Theſſaliam peſtis inuaſit, nec prius ceſſauit, quam Veneris ἀνοσίας templum condidiſſent. Videtur autem nomen hoc ſortita, quòd mulieres impiam cædem in ipſius templo patraſſent. Pauſanias autor eſt, Hypermneſtram cum ſola Danai patris imperium exequuta non fuiſſet, & pater eam ad Lycæi forũ citaſſet, abſolutam ab Argiuis Venerẽ Nicophoron dicaſſe. Refert idem Veneris Cataſcopiæ templum fuiſſe intra eam ſtadij partem, in qua Hyppolytus ſe exercebat, & vnde

Phędra Hippolytum ſpectare conſueuerat, κατασκοπία, etium contemplat[illegible]. Legitur apud eundem, Hermionios Pontiam, & Limeniam Venerē coluiſſe, virgineſq; huic ante nuptias, & ſi qua vidua ad maritum rurſus accederet, ſacra feciſſe. Sic dicta fuit, quòd ad maris portum ædem haberet. Scriptum eſt apud Lactantium Venerem cognomento Caluam in religionis cultum tunc apud Romanos veniſſe, cum vrbe a Gallis Senonibus capta, clauſiſq; in Capitolio obſeſſis ad tantam rerum omnium penuriam ventum eſſet, vt ex mulierū capillis tormenta facere oporteret. Suidas ſcribit mulieres Romanas, cum peſtilenti prurigine laborarēt, abraſiſq; crinibus inutiles eſſent pectines, Veneri ſupplicaſſe, vt comā eis reſtitueret, quod quia feciſſet, mulieres [illegible]æ ſimulachrū pectinem tenētis erexiſſe. Erat & Romæ Venus Cluacina, à cluendo, id eſt, pugnādo ſic dicta, cuius ſimulachrū poſitum fuit in eo loco, vbi pax inter Sabinos & Romanos cum propter raptas pugnarent, facta eſt. Cicero in libris de natura deo, autor eſt multas Veneres fuiſſe, vocatq; quartam Aſtarten, quæ Syria fuit,

Adonitq;

Adonidiq; nupſit, & tertiã Dionæam, quæ ex Ioue & Dione nata eſt. Hæc autem eſt, cuius maritus fuit Vulcanus. Sed poetæ ſæpe cõfundunt vnam tantum Venerem ponentes. Vergilius:

Sacra Dionææ matri, diuisq; ferebam.

& Claudianus:

Fraude Dionæa riguos Proſerpina ſaltus,
(Sic Parcæ voluere) petit.

Vocata eſt & Dexicreontis à Dexicreonte circulatore, qui Samias mulieres luxu petulantiaq; perditas ſacris quibuſdam piacularibus expiauit: vel potius à Dexicreonte nauclero, qui cum Veneris iuſſu aquam tantum in nauim impoſuiſſet, & ex ea mercatoribus nautisq; ſitientibus diſtracta diues factus eſſet, Veneri ſtatuam grati animi indicem poſuit, quam a ſuo nomine Dexicreontem appellauit. Cypria verò nominata eſt a Cypro inſula decantatiſſima, vbi præcipuè colebatur, vel ἀπὸ τοῦ κύειν a pariendo, reddit enim grauidas Venus & parere facit. Macrobius ſcribit in ea inſula fuiſſe Veneris barbatum ſignum. Nam quòd viri naſcantur, Veneris munus eſt. Lactantius libro primo ſcriptum reliquit Venerẽ

in Cypro primã omnium artẽ meretriciam inſtituiſſe, mulieribusq; ſuaſiſſe, vt corpore quæſtum facerent, ne ſola videretur impudica. Iuſtinus quoq; autor eſt Cyprias virgines ſtatutis diebus ad littus maris ire ſolitas, dotalem pecuniam ex corporis proſtitutione quæſituras. Boccatius Cyprũ poſtea Paphon à Papho Pygmalionis filio, qui inſulæ imperauit, appellatam fuiſſe dicit. Vergilius Paphi ſubinde meminit, eamq; Veneri attribuit, vt in primo Aeneid.

Ipſa Paphum ſublimis adit, ſedesq; reuiſit.

& in decimo:

Eſt Amathus, eſt celſa mihi Paphos.

Cognominata fuit & Cytheræa [illegible], id eſt, à gignendis amoribus. De Cytheræa ſic Heſichius, [illegible], id eſt, non quòd [illegible], id eſt, populũ tribus Pandioniæ apud Athenięſes nacta fuerit, ſed q; occultatum habeat in ſeſe oĩbus amoribus exornatum ceſtũ ſiue cingulum. Alij à Cytheris inſula deam Cytherę̃ nuncupatã volũt. Vergil.

Hunc ego ſopitum ſomno ſuper alta Cythera
Aut ſuper Idalium ſacrata ſede recondam.

vbi

vbi notandum & ab Idalio ſeu monte ſeu nemore in Cypro Venerē Idaliam cognominatam, ſicut ab Eryce monte excelſo Siciliæ Erycinam, vbi delubrum ei filius Aeneas condidit, vt in quinto Aeneid.

Tunc uicina aſtris Erycino in uertice ſedes
Fundatur Veneri Idaliæ.

Strabo ſcribit, olim in Eryce Veneris templum ſingulari veneratione cultũ, magnoq́; mulierũ deę miniſterio dicatarum numero nobilitatũ. Item & Romę fuiſſe huius deæ templũ, quod Veneris Erycinæ dicebant, cui inſignis adiacebat porticus. Sunt q̃ Erycinā velint nõ a monte dictā, ſed ab Eryce Butę ſeu, vt alij dicũt, Neptuni & Veneris filio, q̃ patre mortuo, mr̃i in Drepano Siciliæ promõtorio templũ ædificauit Erycinamq́; à noīe ſuo appellauit. Meretrices autē Romæ Venerē Erycinā colebāt, Ouid. 4. Faſt.

Nomina uulgares Veneris celebrate puellæ,
Multa profeſſarum quæſtibus apta Venus.

Imò & matronæ menſe Auguſto ad imitationem Aegyptiorum pudenda huic cum pompa ſacrorum deferebant; & quanquam hoc ſolenne meretricum erat, nulli tamen niſi caſtæ mulieri permittebatur ſacrũ hoc

in ſinu

in ſinu Veneris deponere. Tradunt Q. Fabium Maximum Syracuſis expugnatis ex monitu carminis Sybillini deam hanc tranſtuliſſe, & apud Collinam portã templum ei conſecraſſe. Ouidius:

Templa frequentari Collinæ proxima portæ
Nunc decet.

ſolitosq́; qui cum imperio in Siciliam proficiſcebantur, in exoletoꝝ mollitiem ſe propemodum tranſmutare. quód iſthoc pacto crederent aduentum ſuum deæ iucundiorem futurum. Scribit Plinius in 36. Praxitelem feciſſe Venerem, quæ empta à Gnidijs ſic eorum vrbeculam illuſtrauit, vt multi illius tantùm uidendæ gratia Gnidum venerint. Quin & regem Nicomedem ſimulachri pulchritudine captum promiſiſſe Gnidijs, ſi vendere vellent, omne æs alienum ciuitatis, quod grande fuerat, ſe diſſoluturum, ſed Gnidios vendere noluiſſe. De Venere Gnidia ſic è Græco Auſonius:

Vera Venus ſictam cum uidit Cypria, dixit,
Vidiſti nudam me puto Praxiteles.
Non uidi, nec fas, ſed ferro opus omne polimus,
Ferrum Gradiui Martis in arbitrio.
Qualem igitur domino ſcierant placuiſſe Cytheren,
Talem fecerunt ferrea cœla deam.

Num

Nuncupata eſt præterea Colias, à Coliade promontorio: vel ab adoleſcente quodam Attico, qui Veneris auxilio a prædonibus ereptus, à colis, id eſt membris vinculo ſolutis Venerem Coliadem nominauit, eiq; templum dicauit. Alij volunt Coliada locũ fuiſſe, ſic dictum quod humanorum membrorum effigiem repręſentaret, eiusq; incolas Venerem præcipuè coluiſſe. Addit Pauſanias Venerẽ de loco, qui dicitur Horti, Hortenſem cognominatam, hoc eſt, vt ipſe loquitur ἐν κήποις ἀφροδίτην, eiusq; apud ſcriptores frequentem mentionẽ fieri, ſed ſibi huius cognominis cauſſam nõ cõſtare. Itẽ Venerem Sicyoniam apud Sicyonios coli, templumq; eius duabus tantùm mulieribus ingredi fas fuiſſe. Marcus Varro meminit Veneris Murtatæ, quam à Murteto loco, vbi erat figlina, ſic ait appellatam. Seruius ad hunc locum Vergilij:

Hunc Fauno, & nympha genitum Laurente Ma

dicit nõnullos per Maricam, Venerem . telligere, licet ipſa vulgò habita ſit paludis Minturnenſis dea.

DE VE

DE VESTA.

Caput quintum.

VESTAM EANDEM ESSE cum terra, omnes fere conſentiunt. Ouidius in ſexto Faſto.

Veſta eadem & terra eſt.

& eodem libro,

Et Tellus, Veſtaq́; numen idem eſt.

quod à fabula fluxiſſe volunt. Ferunt enim Saturnum Veſtæ & Vrani filium, vt ſpecioſis nominibus originem ſuam amplificaret, patrem Cœlum, & matrem Terram vocaſſe, ex eo[illegible] tempore Veſtam pro Terra habitam e[illegible]. Ouidius verò Veſtam, quã pro terra acc[illegible] dicit, Saturni filiã, non matrem facit his v[illegible]ſibus.

Ex Ope Iunonem [illegible]morant, Cereremq́; creatas
Semine Sat[illegible], tertia Veſta fuit.

Bocc[illegible]tius ſcri[illegible] per priorem Veſtam deſign[illegible] terra[illegible] [illegible] alteram, quæ virgo fuit [illegible]m & p[illegible] [illegible]um ignem Sed Ouidius [illegible] m[illegible] terra & pro igne accipit; [illegible]icta aũt eſt La[illegible]inè Veſta, vel à veſtiẽdo, [illegible]ò terra v[illegible] herbis floribusq́; veſtita [illegible] vel à vi ſt[illegible], quòd terra nullo nitatur [illegible]lcimine, ſed ponderibus ſuis librata in aëre

aëre pendeat, Ouidius in Faſt.

Stat ui terra ſua, ui ſtando Veſta uocatur.

vel a Græca voce ἑσία, ſublata ι litera, & aſpiratione in u conſonantem cõmutata. Hinc dicit Ouidius,

Cauſſaq; pars graij nominis eſſe poteſt.

Nam integro nomine Græco ſi vteremur, Heſtiam non Veſtam diceremus. Significat autem Heſtia vel focum vel domum; Vnde Ouidius;

Nec tu aliud Veſtam, quàm uiuã intelligas flammam.

& veteres Græci autores ſunt, domos Veſtam ædificaſſe primã. Sunt qui ἑσίαν dictam velint παρὰ τὸ ἕδος, quod eius ſimulachra ſedentis habitu fingerentur; vel quaſi ἑσίαν, q ex terrę viſceribus opes eruantur. Cum aũt Veſta dicatur ignis & ſit virgo, ex vtraque cauſa virgines ſunt eius miniſterio optima ratione deputatæ. Nam virgini deæ virgines miniſtræ rectiſſimè conueniebant; & cũ ignis natura ſua ſterilis ſit, nec ex ſe quicquam gignat: non decebat deam alias habere miniſtras, quam infœcũdas, cuiuſmodi ſunt virgines. Porrò ſacrum hunc ignem tam religioſe adſeruare neceſſe erat, vt ſi ſua ſu extingui cum contigiſſet, minime ex altero

tero igni ſacras lucernas accendere fas eſſet verùm nouum ex radijs ſolaribus arida appoſita materia elicere oporteret. Diodorus autor eſt morem hunc ſeruandi ignem perpetuum ab Aegyptijs ad alias gentes manauiſſe. Vergilius videtur indicare Romanos ab Aenea ſacrum ignem accepiſſe.

Sic ait, & manibus uittas, Veſtamq; potentem
Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.

& alio loco:

Sacra, ſuosq; tibi commendat Troia Penates.

Nam Veſtam de numero Penatium fuiſſe autor eſt Macrobius. Hæc autem de ſacro igni commemorare libuit, quoniam huic deæ nulla ferè cognomina tributa ſunt.

DE CERERE.
Caput ſextum.

SCRIBIT CICERO LIB. DE natura deorũ 2. dictam Cererem à gerẽdis fructibus, quaſi gererem, mutata prima litera vel à cereo antiquo verbo, quod eſt Marco Varroni creo. Græcè dicitur Δημήτηρ, quaſi γημήτηρ mutata ſimiliter prima litera, vel quaſi δηὼ μήτηρ. Quoniam autẽ fruges

fruges inueniſſe dicitur, à Græcis appellata eſt σιτώ, id eſt, frumẽtaria, habuitq; apud Siculos eo nomine ſtatuã, quia primũm in Sicilia ferendi rationem monſtrauit. Hinc eſt quòd nonnulli Cererem eandem eſſe cum terra docuerunt, vnde eſt illud Orphei in hymnis γῆ μήτηρ πάντων, δημήτηρ πλουτοδότειρα. forſitan ex hac cauſſa Chthonia quoq; vocata eſt, id eſt, terreſtris ſeu terrena, quanquam Pauſanias autor eſt, eam cognomẽ hoc ſortitam à Chthonia quadam puella Argiua, quæ poſt ambitiſtum patrem à dea in Hermionem oppidum ducta, ibi templũ ei conſecrauit, Chthoniamq; à nomine ſuo appellauit. Feſtum quod in Cereris honorem ab Hermionẽſibus eximia veneratione quondam celebrabãt, Chthonium nũcupabatur quod ideo viſum eſt mihi commemor[illegible] quoniã ſingulis annis in ea celebritate boues viſendæ magnitudinis & ferociæ, deſacerdotem, infirmam & vetulam mulierculam ſponte ſequebãtur, velut [illegible] ſe offerentes immolationi. Cæterum, quia ſeges cum maturuit flaua eſt, ideo Cererem vocauit Pindarus φοινικόπεζαν, id [illegible] flauos pedes habentẽ. Dicta eſt & [illegible], id eſt, domina

quo

quo nomine cohoneſtata eſt & filia eius Proſerpina, vt apud Vergilium:

Hi dominam Ditis thalamo deducere adorti.

Nominata præterea fuit ab inuenta filia, quam diu quæſitam apud inferos tandem inuenit, εὐρώπη, habuitq́ hoc nomine ſacellū iuxta Hercynam fluuium. Coluerūt & Phigalenſes Cererem cognomento μέλαιναν, id eſt, nigram, quod Proſerpinę raptu conſternata pullam veſtem induerit, atq; cum hoc habitu in profundiſſimam ſpeluncam ſeſe abdiderit, ibiq́ diutiſſimè latitauerit. Hinc Phigalenſes ſimulachrum erexerunt Cereris in Petra ſedentis, capite equino, adnexis draconum & ferarū varijs imaginibus. Porrò cur Cererē capite equino formarint, afferunt & hanc cauſſam, quòd ipſa in equam mutata ex congreſſu quem habuit cum Neptuno, qui & ipſe in equum ſe conuerterat, Arionem equum, & præterea puellam, cuius nomen à nō initiatis enunciari nefas putabatur, peperiſſet. Ferunt autem Cererem oblatum ſibi à Neptuno vitiū, primùm iniquiſſimo tuliſſe animo, deinde ira paululum remiſſa in Ladone fluuio corpus lauiſſe, ex eaq́ cauſſa duobus cognominibus a Thalpuſijs

puſijs Archadibus nuncupatam fuiſſe, nempe Erynnin ab illa animi indignatiõe. Nam apud Arcades ἐριννύειν indignari ſignificat: & λούεσθαι à corporis ablutione. Scribunt aliqui χαμύνην Cereris antiquum fuiſſe cognomen, eíq; in Olenij montis parte, quę alterũ erat Hippodromi latus, templum erectum fuiſſe, itaq; appellatã, vel ἀπὸ τοῦ χαμύειν, id eſt, à vociferando, vel ἀπὸ τοῦ χαίνειν, quòd ibi terra hiatu facto currum Plutonis exceperit: vel a Chanyno viro Piſæo ab Eleis interfecto, ex cuius diuitijs ſtructum ſit templum. Erat & ad Niſæam (naualis cuiuſdã nomen id fuit) ſacellum Cereris μηλοφόρου ab ouibus ſic dictę, quod cognomen paſtores quidam ei indiderũt. Caberia quoq; nuncupata eſt, vel a Caberis ſacerdotibus, quorum ineuitabilem iram fuiſſe, cum Xerxis, tum Alexãdri milites cum agrum Thebanum incendio vaſtarent, experti ſunt: vel a Caberis populis, ad quos veniſſe dea dicitur, vel a Cabero ne ciuitate, vbi colebatur. L[illegible]era vero ſeu Græcè θεσμοφόρος cognomina[illegible]t, quòd leges inueniſſe dicatur, quibus homines iuſte viuere aſſueſcerent.

Vergilius;

» *— mactant lectas de more bidentes*
» *Legiferæ Cereri.* Et alibi.
» *Prima Ceres unco terram dimouit aratro,*
» *Prima dedit fruges, alimentaq; mitia terris.*
» *Prima dedit leges, Cereris ſunt omnia munus.*

Seruius autem ſcribit Cererem leges idcirco inueniſſe creditam, quod ante inuentum ab ea frumentum homines paſſim vagarentur, quæ feritas rupta ſit inuento frumento, propter quod ex diuiſione nata ſunt iura. Notandum obiter in honorem Cereris Theſmophoria feſta olim Athenis celebrari conſueta, in quibus mulieres Aegyptiorum more cibis abſtinebant, & humi iacebant. Diodorus multis locis ſcribit eandem fuiſſe apud Aegyptios Iſidem, quæ ſiut apud Græcos Ceres, legesq; Iſidis inuentum eſſe. Nonnulli quoq; authores ſunt apud Drymeam Phocidis vrbem Iouis Theſmophori templū fuiſſe. Nam & ipſum Iouem leges reperiſſe quodam loco refert Lactantius. Sed & a varijs locis, in quibus colebatur, varia cognomina habuit. Appellata enim eſt Ennæa, teſte Mela, ab Enna monte, & Myſia a Myſia regione, vel, vt alij volunt, à Myſio quodam, & Stiritis à

Stiri

Stiri Phocenſium ciuitate: & Mileſia à Mileto vrbe, quæ Myleſia, vt inquit Lactantius, multum ſibi venerationis apud homines comparauit. Nam cum Alexander Miletum expugnaſſet, atque diripere vrbem milites vellent, omnes repente luminibus à dea priuati ſunt. & Mycaleſſia à Mycaleſſo mari, iuxta quod templum habebat: vel a Mycaleſſo ciuitate Bœotiæ ſecũdum mare. Illud verò memoratu dignum, quod Mycaleſſiæ Cereris templum ſingulis noctibus ab Hercule aperiri, rurſusq; claudi credebatur. Quinetiam fama erat omnes fructus Autumno colligi ſolitos, ſi ante pedes Mycaleſſiæ Cereris depoſiti fuiſſent, toto anno integros permanere. & Eleuſina ab Eleuſine vna ex duodecim ciuitatibus terræ Atticæ, vbi autore Strabone Eleuſinæ Cereris templũ extabat, & fanum myſticum, quod Ictinus quidam apparauerat turbæ theatralis capaciſſimum. Macatius ſcribit Triptolemum quum adoleuiſſet, regnumq; Cereris auxilio conſecutus fuiſſet, in honorem patris Eleuſij, quem dea interfecerat, Eleuſium oppidum condidiſſe, Cererique ſacra primum inſtituiſſe, quæ Theſ-

mophoria vocant. Tradit Diodorus Eriſ ctheum, qui poſtea, quod Athenienſibus frumenti vſum oſtendiſſet, rex ab eis declaratus eſt, ceremonias ac myſteria Cereris Eleuſinę in terram Atticam attuliſſe, dixiſſe tamen Athenienſes deam pręſentem frumentum eis indicaſſe, ſacraq; ipſius, quæ apud Aegyptios celebrabantur, tum Eleuſine ſuſcepta eſſe. De myſterijs horum ſacrorum, eorumq; obſcœnitatibus multa diuus Auguſtinus libro de Ciuitate Dei ſeptimo, Capite octauo. Inuenio & hanc deam Pelaſgidem vocatam à Pelaſgo Driopæ filio: & Pylagoram, quod Pylagoræ, id eſt, legati, quos ciuitates Græciæ bis in anno ad concilium Amphyctionum mittebant, de maximis rebus conſulturos, prius ἐν πύλαις, id eſt, ante portas huic deæ rem diuinam religioſiſſime facere conſueuiſſent.

FINIS LIBRI SECVNDI.

IVLIA

IVLIANI AVRELII LESS. DE COGNOMINIBVS DEORVM GENTILIVM.

Liber tertius.

DE IANO.
Caput primum.

HACTENVS DE DVOdecim dijs Conſentibus, qui inter Deos principatum obtinent, abunde dictum eſt. Reſtat nunc vt aliorum octo Selectorum cognomina pari diligentia recenſeamus. Ianus igitur, vt ab hoc exordium ſumamus, latine dictus eſt a ianua, quemadmodum ſcribit Ouidius in .1. Faſt.

Præſideo foribus cæli cum mitibus Horis,
Et redit officio Iuppiter ipſe meo.
Inde uocor Ianus.

Alij tamen a Iano potius ianuam dictā volunt. Nam eo regnāte tantam in Latio ſanctitatē religionemq; fuiſſe legimus, vt nemo magnopere curaret ædium ſuarum ianuas ſera munire, ideoq; huic deo domorū

omnium initiorum e[illegible] biſq; fuiſſe conſecratos. Sed & per eum ad deos [illegible]ñes paterę acceſſum, preceſq; ſu[illegible] per portas eius ad deos tranſmitti credebãt, vnde primus omnium ſemper inuocabatur. Alijs magis placet Ianum ab hiando dictum aſpiratione remota, quoniam ipſe eſt Chaos hians, vt idem teſtatur apud Ouidium.

Me Chaos antiqui (nam ſum res priſca) uocabant.

Sunt & qui Ianũ ab eundo deriuent, eumq; quaſi eantum appellatũ contendant. Ianum enim pro cœlo & mundo vſurpabãt, cuius proprium eſt ſemper ire, atq; in ſe perpetuò reuolui, vnde ſic eum effingebant, vt in dextra manu τ literam haberet, & in ſiniſtra ξε, vt ſignificarent Ianum non eſſe aliud q̃ annum, ipſumq; trecentos ſexagintaquinq; dies continere. Nam τ trecentos denotat, & ξ ſexaginta, & ε quinq;. Ex qua re putauit etiam quidam Ianum vocatum, quaſi Aeonum, [illegible]. Macrobius autor eſt pleroſque credidiſſe Ianum idem numen eſſe, cum Appolline & Diana, Dianamq; dictam quaſi Ianam per appoſitionem d literæ, quę ſæpenumero ornatus tantum gratia adijcitur. Hic quod antiquiſſimus eſſet,

& veluti

& veluti parens ſeu f[illegible] deorum omnium pluriſmis etiam cognominibus cohoneſtatus eſt. Apellatur enim Dieſpiter, quaſi diei pater, licet & hoc nomine Iupiter intelligatur, & matutinus pater, quod habitus ſit idem cum Sole.

Matutine pater, ſeu Iane libentius audis. "

Et Propertio Vertumnus, a vertendis coelorum cardinibus, rebus omnibus.

Si mihi, quod formas aequè uertebar in omnes, "
Nomen ab euentu patria lingua dedit. "

& Tibullus,

Talis in extremo felix Vertumnus olympo "
Mille habeat formas, mille decenter habet. "

& Ouidius,

Quicquid ubiq; uides coelum, mare, nubila, terram "
Omnia ſunt noſtra clauſa, patentq; manu. "
Me penes eſt unum uaſti cuſtodia mundi, "
Et ius uertendi cardinis omne meum "

Addit Io. Annius Hetruſcos lingua patria vocaſſe Ianum Vadimonem, & Aegyptios Proteum, easq; voces eis idem ſignificaſſe quod Latinis Ianum ſeu Vertumnum. Oenotrius autē dictus eſt, vel quòd in Oenotria ante Saturnū regnauerit, vel quod primus in Latio vinum ad religionis & ſacrificiorum vſum inuenerit, quod etiam Iani

interpretatio deno... Nam, eodem Annio autore, iain Hebraicum lingua vinum ſignificat. Pingebatur Geminus ſeu Bifrôs, quòd rex fuerit prudentiſſimus, videritq́; procul ventura, & præterita reſpexerit; vel q ſol pro quo Ianum poni diximꝰ, quotidie oriatur & occidat. vel quod ſuperûm & inferûm Ianitor ſit. Plutarchus ſcribit Ianum ferum illum & ſylueſtrem cultum in vrbanum ciuilemq; commutaſſe ideoq; Bifrontem pictum eſſe. Perſius.

O Iane, à tergo quem nulla Ciconia pinſit.

Et Ouidius de Iano loquens:

Solus de ſuperis, qui tua terga uides.

Effingebãt eum & Quadrifrontem, quòd quatuor mundi climata maieſtate ſua complecti crederetur. Addit Macrobius veteres in ſacris inuocare ſolitos Ianum patrem quaſi deorum deum, & Iunonium, quaſi menſium omniũ ingreſſum tenentem. Nam calendæ Iunoni conſecratæ fuerunt. & Conſiuium a conferendo ſeu propagando genus humanum, & Quirinum quaſi bellorũ potẽtem, à quiri, id eſt, haſta, quo nomine etiã poſtea Romulus vocatus eſt: & Patulciũ & Cluſium à Patendo & claudendo. Tem

plum

Digitized by Google

pſum enim eius bello patebat & pace clau debatur. Ouidius.

Nomina ridebis, modo namq; Patulcius idem,
Et modo ſacrifico Cluſius ore uocor.

Illud autem de templo hoc memoratu dignum, q̃ poſt tẽpora Numæ Pompilij uſq; ad imperium Traiani, bis tantum clauſum eſt, ſemel M. Attilio & T. Manlio coſſ. Deinde Auguſto Cæſare poſt Antonij profligationem rerum potiente, quod indicat Vergilius his verſibus.

—Diræ ferro & compagibus arctis
Claudentur belli portæ, furor impius intus
Sæua ſedens ſuper arma, & centum uinctus ahenis
Poſt tergum nodis, fremet horridus ore cruento.

Illud notandum nonnullos ſcripſiſſe, quem nos appellamus Noe, gẽtiles Ianũ uocaſſe.

DE SATVRNO.
Caput ſecundum.

CICERO LIB. DE NATVR. deo. 2. Scribit Saturnum ſic appellatum, quòd ſaturaretur annis, ideoq; a poetis fingi natos ex ſe deuorare, eoſq; rurſus reuomere ſolitum, quòd Saturnus tempus ſit

á quo

à quo cuncta gignantur, abſumanturq́; & ex eo denuo renaſcantur. Alij Saturnum à ſatu deducunt, quòd Italos ſurculorum inſitiones, artemq́; colendorum agrorū primus docuerit. Vnde etiam nõnulli autores ſunt, eum à Romanis Sterculum vocatū fuiſſe. Primus enim oſtendit ex ſtercoratione fœcunditatem agris comparari, ex qua re fortaſſis regni eius tempora feliciſſima fuiſſe feruntur. Certè à poëtis hac de cauſſa ſæpe Falcifer appellatur. Ouid. in primo Faſto.

" *Cauſſa ratis ſupereſt Thuſcum rate uenit ad amnem,*
" *Ante pererrato Falcifer orbe deus.*

Alij falcem ei attributam dicunt, quòd tempus pro quo eū capiunt, inſtar falcis omnia incidat. Ouidius.

" *Tempus edax rerum, tuq́; inuidioſa uetuſtas,*
" *Omnia deſtruitis, uitiataq́; dentibus æui*
" *Paulatim lenta conſumitis omnia morte.*

Non deſunt & qui Saturnum deriuent ἀπὸ τῶ σαθῶ, id eſt, à membro virili propter abſciſſa Cœlo patri pudenda. Græcè dicitur κρόνος, quaſi χρόνος, quod tempus ſignificat: vel autore Platone quaſi κόρος ὢν τοῦ νοῦ, id eſt, quaſi mentis ſatietas. Namq; Platonici Saturnum accipiebant pro contemplationē

rerum

rerum ſublimiorum, proq; mentis puritate atq; integritate. Hinc & Proclus referente Cœlio dicit homines vixiſſe ſub Saturno vitam καθαρὰν, καὶ ἄλυπον, καὶ ἀπαθῆ, id eſt, puram triſtitiæq; & pertubationum expertem. q̃d à Latinis non admodum diſſonum eſt, qui aureum ſub Saturno fuiſſe ſeculum memoriæ prodiderunt. Vergil.

Aureaq;, ut perhibent, illo ſub rege fuerunt ""
Secula, ſic placida populos ſub pace regebat. ""

De Saturno plura Macrobius. Nam nō eſt animus quicquam, quod ad argumentum noſtrum non pertineat inſerere.

DE GENIO.

Caput tertium.

SCRIBIT CENSORINVS in lib. de natali die Genium vocatum eſſe, vel quod curet ut gignamur: vel q̃ nobiſcum vna gignatur: vel q̃ genitos ſuſcipiat, ac tueatur & ſic à gignendo Genius dicitur. Genius, inquit Feſtus, deus eſt, q̃ vim habet omniũ rerum gignendarum. & Aufuſtius. Genius eſt, deorum filius, & parens hominum, ex

quo homines gignuntur. Propterea genius
meus vocatus, qui me genuit. Quæſitum
autem diu fuit ab eruditis, quiſnam deus eſ
ſet Genius, tandemq́ inuentum eſt, non ſim
pliciter eum dici. Nam vnicuiq; rei ſuũ eſſe
genium, qui ei præſideat & ſingulis homi
nibus ſimul atq; nati ſunt, duos Genios attri
bui, alterum bonum, malum alterum, atq;
ita Genij vocabulum ex ijs eſſe, quæ à Græ
cis μέσα, à Latinis media dicuntur quod vel
ex Bruti hiſtoria probari poteſt. Cum enim
ille quodam tẽpore ſolus (vt fit) ad lumen
aliquid meditaretur, atra quædam atq; hor
renda imago ſeſe oculis eius obtulit, quæ
interrogata quænam eſſet, reſpondit ſe ma
lum ipſius eſſe Genium. Chriſtiani autem
quos gentiles Genios dixerũt, angelos vo
cauerunt: ſimiliterq́ ſingulis hoībus duos
aſſignauerunt, quorum alter ad virtutẽ, ad
nequitiam alter impelleret. Genios nõnul
li eoſdem cum Laribus eſſe voluerunt. Ab
aliquib9 Genius dicitur naturæ deus, & ipſa
voluptas. Vnde geniales ab antiquis appel
labantur, qui ad curãdam cuticulam prom
ptiores erant. Inde prouerbia, indulgere
genio, & genium defraudare, pro eo quod

eſt vo

eſt voluptati operam dare, & contrà parcè nimis ac duriter victitare. Fuerunt etiam q aquam, terramq́, ignem, aërem, item duodecim ſigna, & Solem & Lunam deos genios facerent, & à gerendo, quòd multa gerere poſſent, primum gerulos, deinde genios appellatos fuiſſe putarent.

DE PLVTONE.
Caput quartum.

GRAECI PLVTONEM A DIVITIIS, & ab eadem cauſſa Latini ditem nominarunt. Ex abditis enim terræ, velut ex Plutonis regno, metalla omnia eruũtur, frugesq́ & pecorum paſcua naſcũtur. Declarat hoc aliquanto ſignificantius. Cice. in libris de nat. deo. ita ſcribens. Terrena vis omnis atq; natura Diti patri dedicata eſt, qui dictus apud Græcos πλούτων, quia & recidũt oīa in terras, & oriũtur e terris. Ab hac autẽ terrena vi dicunt eum nonnulli Tellumonẽ, Altorem, & Ruſorem appellatũ. Diodorus autor eſt Plutonẽ Iaſonis & Cereris fuiſſe filiũ, eumq́ primum ingentes pecunias ex agricul

agricultura q; ad ce[illegible] uſto diſſe, hocq; poſteris oc[illegible] vt diuitiarum deus habitus ſit [illegible] memi nit Vergilius vt hoc [illegible]

Noctes atq; dies patet atri ianua Ditis.

Et hoc.

Perq; domos uacuas Ditis & inania regna.

Et hoc.

Hi dominam Ditis Thalamo deducere adorti.

Ad[illegible] eidem Diodorus hunc ſepulchrorum funerumq; vſum introduxiſſe, eamq; cauſſam extitiſſe, vt vita defunctis dominari creditus ſit. Scribunt alij in diuiſione patrimonij, Ioui natu maximo plagam orientalem, Neptuno maris inſulas, & Plutoni occidentem ſecus inferum mare, obtigiſſe. Hinc datum locum fabulis, vt Iupiter cœli, Neptunus maris, Pluto inferorum rex habit9 ſit. Certè ab imperio, quod in mortuos exercere dictus eſt, Vragus ab vrgēdis defunctorum animabus cognominatus eſt. Quin & Orcus ex ſimili cauſſa dictus eſt, niſi magis placeat ab ὅρκος, quod iuramentum deſignat, vocem deducere. Iurabant enim dij per Stygiam paludē, a quo fluuius Orcus profluebat. Vocatus quoq; eſt Quie-

talis

talis, quòd omnes ad mortuos maximè pertineat, aut potius quòd mors quies ſit ærumnarum omnium. & Februus, à februis ſacris per quæ manes placari credebantur. & Summanus, quaſi ſummus deorum Manium, cuius erat templum Romæ non procul à Circo maximo, & ſacellum in Capitolio. Cœpit coli temporibus Pyrrhi, quemadmodum his verſibus oſtendit Ouidius,

Reddita, quiſquis is es, Summano templa feruntur,
Tunc cum Romanis Pyrrhe timendus eras.

Vbi notãdum poëtam addubitaſſe, quiſnã deus eſſet Summanus. Auguſtinus libro. 4 de Ciuita. Dei ſcriptum reliquit, Romanos ei nocturna fulmina tribuiſſe, ſicut diurna Ioui. Dicitur & græcè ἀγεσίλαος, quemadmodum autor eſt Lactantius, quod vocabulũ deducitur παρὰ τὸ ἄγειν τοὺς λαούς, id eſt, à ducendis populis ἄρχει γὰρ τῶν φθιμένων, eſt enim mortuorũ imperator. Vnde Claudianus de eo,

—O maxime noctis
Arbiter, umbrarumq; potens, cui noſtra laborant
Stamina, qui finem cunctis, & ſemina præbes.

Nuncupatur & ᾅδης ab α priuatiua particula, licet in hac dictione aſpiretur, & ἰδεῖν, id eſt, à non videndo, quòd apud inferos obſcura

L ſint.

ſint omnia ac tenebroſa. Vnde illud Vergilij in ſexto Aeneid.

Eſt iter in ſyluis, ubi cœlum condidit umbra
Iuppiter, & rebus nox abſtulit atra colorem.

Vel quaſi ἀιδὴς, id eſt, tenebroſus, triſtis, ac iniucundus. Obſcura enim atque inſuauia, plenaque curarũ ac dolorum apud inferos ſunt omnia, quemadmodum pulcherrimè his verſibus docet Vergilius.

Veſtibulum ante ipſum, primisq; in faucibus Orci
Luctus & ultrices poſuere cubilia curæ:
Pallentesq; habitant morbi, triſtisq; ſenectus,
Et metus, & maleſuada fames, & turpis egeſtas,
(Terribiles uiſu formæ) Lethumq; laborq;.

DE BACCHO.

Caput quintum.

EVSTATHIVS HOMERI interpres ſcribit dictum eſſe Bacchum ἀπὸ τῆ βαχῆς, id eſt, ab incondito vlulatu, quo furentes Bacchæ perſonabant. deinceps autẽ inſertam κ literã, quo expreſſio fieret tetri immanisque ſoni. Ab eadem cauſſa vocatus eſt & Iacchus

chus. ἰάκχειν enim idē eſt ꝙ vociferari: & Sabazius à Sabaſmis, i. tripudijs & furioſis ſaltationibus, cuiuſmodi fiebant in huius dei ſacris: & Brontius ſeu Bromius, à tonitru quod in eius natiuitate contigit. Nam βροντᾶν tono ſignificat, & βρέμω inſtrepo. Communis autem omnium opinio eſt, Bacchū vini vſum mortalibus primū oſtendiſſe, ex qua re multa ei cognomina tributa ſunt. Nam modo Protrygis, modo Staphylitis modo Omphacytis, modo Phleon appellatur. τρὺξ enim fecem ſignificat, & aliquando vinum. & σταφυλὴ latinis vua eſt, & ὄμφαξ ſonat vuam acerbam, & nondum maturā & φλέειν, idem eſt quod πολυκαρπεῖν. Dicitur ex eadem ratione Bryſeus, & Lenæus, & Morychus. Nam βρύειν manare, ſeu ſcaturire ſignificat. Ipſe enim primus vinum ex vuis preſiſſe dicitur. & ληνὸς torcular eſt. & μορύσσω nihil aliud eſt quām contaminare. Moris enim fuit faciem in vindemijs muſto ac ficis fœdare. Sed & eum dicunt appellatū Dionyſiū quaſi datorē vini. ἀπὸ τοῦ διδόναι τὸν οἶνον, à dando vino. Suidas Dionyſiū dici ait παρὰ τὸ διανύειν ἑκάστοις τὸν ἄγριον βίον ζῶσιν. ἢ παρὰ τὸ διανοεῖν ἕκαστα τοῖς τὸν ἄγριον βίον ζῶσι, i. ab eo

 quōd

quòd viuentibus vitæ feritatem mitiget. Alij malunt eum ita nuncupatum ab hedera. Nam ὁ κισσὸς hederam ſignificat, & ipſe frequenter à græcis κισσὸς, à Latinis Corymbifer nominatur. Ouid.

Feſta Corymbiferi celebrabat Græcia Bacchi.

Cauſſa cognominis eius erat, quòd ipſe hedera delectaretur, eaq; ſacerdotes eius in Orgijs coronarentur. Ouidius in .6. Faſtor.

—hedera gratiſſima Baccho eſt.
Hoc quoq; cur ita ſit dicere nulla mora eſt
Nyſiades nymphas puerum quærente nouerca
Hanc frondem cunis oppoſuiſſe ferunt.

Diodorus verò Bacchũ dicit appellatum Dionyſium à patre & loco. Natum enim ex Ioue, & in Nyſa felicis Arabiæ oppido, quod eſt propinquum Aegyptijs, nutricum fuiſſe, & ab hac etiam Nyſeum ſæpe nominari. Macrobius autem, qui, quemadmodum reliquos deos, ita & ipſum Bacchum pro ſole accipit, eundemq; eum cum Apolline facit, Dionyſium dici contendit ἀπὸ τοῦ δινεῖσθαι, καὶ περιφέρεσθαι; vel ἀπὸ τῆς δινήσεως, quòd ſol quotidiano impetu ab Oriente ad Occaſum diem noctemq; faciendo, cœli conficiat curſum; vel quaſi Διὸς νοῦς, quòd Iouis, id eſt,

eſt, mundi mens ſit. Addit idem eundem eſſe Solem & Bacchũ, vocariq́; ideo Sebadium, quaſi tu dicas pium ac religioſum. Nihil enim veteres putauerunt ſole venerabilius. Nuncupatur & Lyæus, quòd curas diminuat, vt apud Ouidium.

Cura fugit multo, diluiturq́; mero.

Vel quòd immodicus vini vſus membra omnia ſoluat ac debilitet, vt etiam teſtis eſt Vergilius.

Vt Venus eneruat vires, ſic copia vini.

Vel quia ebrietas amicitias diſſoluit. Sicut autem à curarum diminutione Græcis Lyęus, ita Latinis ab eadem virtute Liber nominatur. Plutarchus in queſtionibus refert, plures ei9 nominis rationes. Ait enim ita dictum eſſe. Vel quia bibentibus libertatis cauſſa ſit. Fiunt enim homines ebrietate petulantiores audacioresq́;. Vnde eſt illud Neuij.

Liberâ linguâ loquemur ludis liberalibus.

Hinc ei cornua addiderũt, quare dixit Horatius. & addis cornua pauperi. & Ouidi9. Tunc pauper cornua ſumit. vel quòd Libationem prebuerit: vel quòd pro libertate Græciæ pugnauerit: vel à labendo quaſi

Liber, quòd ebrius in quaſcunq; voces fa-
cile prolabatur. Vel autore Auguſtino q
mares in coëundo, per eius beneficiū emiſ-
ſis ſeminibus liberentur. vel quia liber ſol
per aërem vagetur. Nam pro ſole Liber in-
terdum ſumitur, vt apud Vergilium.

Liber & alma Ceres.

Seruius ad hunc locum Vergilij, Huc pa-
ter ô Lenæe, licet pater, inquit, generale ſit
cognomen omnium deorum, tamen Libe
ro ſemper adhæret. Nam Liber pater vo-
catur. Horat. in. 2. Epiſto. lib.

Romulus, & Liber pater, & cum Caſtore Pollux.

Pauſanias autor eſt apud Phigalenſes Διο-
νύσου ἀκρατοφόρου ſacellum fuiſſe, cui cognomen
hoc fortaſſis tributum eſt, quod vinum
ἄκρατον, id eſt, merum & indilutum, ἢ ἀκράτου
id eſt, intemperātiæ cauſſa ſit. Quāobrem
ipſe dicitur Amphichonem Atheuienſium
regem edocuiſſe, quomodo vinum aqua
temperari debeat. ex qua cauſſa vocatur
ὀρθὸς, id eſt, rectus. Ex iſta enim miſtura viſi
ſunt homines erigi, cum prius ex meraco
vini vſu incuruarentur. Scribit idem Pau-
ſanias apud Amyclas maximè cultum fu-
iſſe Bacchum cognomento Pſilan, quaſi
dicas

dicas pennatum. Nam pennas à Doribus Pſila nuncupari. & homines nō minus atollí vino, quam aues plumis. Addit Cœlius Bacchum vocatum eſſe Taurum ſeu Taurophagum, quòd tauro aſſimiletur ex ebriorum violentia, aut quod natus ſit tauri ſpecie: aut quòd primus tauros iugo ſubiecerit, & arare docuerit, aut quòd poetis hymnos in Bacchi honorem canentibus taurus pro præmio daretur.

Boccatius ait & Ignigenam Latinis dictum, vel quōd vinum calorem gignat. fumant enim propemodūm ebriorum capita; vel quod ipſe ex igne natus ſit, qui per Iouis fœmur ſignificatur. Fabulantur enī poetæ bis eum natum eſſe, primum ex Semele, deinde ex Iouis coxa. Nam cum Semele ex Ioue grauida fulmine percuſſa eſſet, ferunt Iouem pietate motū imperfectū adhuc puerū à matre exectū, fœmori ſuo inſuiſſe. vnde a latinis Satus iterum, & Bimater appellatus eſt. & à Grecis διθύραμβος, παρὰ τὸ δύο θύρας βῆναι, id eſt, quōd bis nat9 per duas portas in lucem venerit, Vterum Semeles & Iouis fœmur: vel quòd eo iamiam naſcituro Iupiter inclamauerit λῦθι ῥάμμα, λῦθι ῥάμμα

 id eſt,

id eſt, ſolue ſuturam, ſolue ſuturam, vt dicatur, διθύραμβος quaſi λυθίραμβος. Pomponius Mela autor eſt in monte Mero iuxta Nyſam Bacchum educatum fuiſſe, hocq; cauſſam Græcis ſcriptoribus dediſſe, vt eum Iouis fœmori inſutũ dixerint: μηρὸς enim etiã coxam ſignificare. Fuit autem non ſolum vini, ſed etiam ficorum & fructuum propẽ omnium inuentor. Vnde Sycites ἀπὸ τῶν σύκων, a ficis, & Milichius dictus eſt: Nam Milicha ficos olim ſignificabant. Tradunt eum & Erebinthium irriſionis gratia nominatum. Significat autem Erebinthos modo cicer, modo pudenda. Vnde prouerbium, Cicernus Bacchus. Quinetiam Eleleus dictus eſt ab ἐλελεῦ adhortantis interiectione, qua in Orgĳs, atq; in bellis vti ſolebant; & Nyctelius, quoniam ſacra eius noctu celebrabantur. Vergilius in quarto Aeneidos.

—ubi audito ſtimulant Trieterica Baccho
» *Orgia, nocturnusq; uocat clamore Cytheron.*
»
Et Thyoneus ἀπὸ τοῦ θύειν, quòd ſignificat furere, ſeu ſacrificare, ſeu interficere. Ipſe enim dicitur admodum bellicoſus fuiſſe. Nam cum Gygantes cœlo deturbare Iouẽ

conarens

conarentur, ferunt eum in leonem conuerſum, ſtatim vnum ex Gygantibus interfeciſſe, Iouemq́ filij audacia delectatum acclamaſſe εὖ υἱὲ, id eſt, euge bone fili, quæ voces laudantis ſunt, verùm poſtea inter Bacchi cognomina relatę ſunt. Sed & Triumphatoris cognomen ſatis declarat eum bello ſtrenuum fuiſſe, quod ei tributū ſcribit Diodorus, quoniam primus omnium de Indis multis cum ſpolijs in patriam reuerſus triumphauit. Marcus Varro tradit hanc Romanorũ militum acclamationem, Ió Triumphe, Ió Triumphe, ab acclamatione militum Bacchi natam eſſe, qui eo triumphante clamabant, Ió Triamβε Bacche Io. Porró Diodorus Thyonei cognomen aliunde deducit. Terram enim à veteribus Thyonem vocatã dicit, & ab ea Bacchum Thyoneum nuncupatum vult. Thyonei meminit Horatius libro primo Odarum:

— nec Semeleius
Cum Marte confundet Thyoneus
Prælia.

Et Euij, libro ſecundo Odar.

Diſsipat Euius Curas edaces.

Poteſt & dictus eſſe Thyoneus à nomine matris Semeles, quæ nonnunquam Thyone

one vocatur. Pauſanias refert & alia Bacchi cognomina. Dicit enim eum Lyſium à Thebanis nominatum, quòd eos à Thracibus vinctos ſoluerit, itaq; Thraces ſopiuerit, vt à Thebanis facile interficerentur: & Aegobolon à Potnienſibus, q; pro puero, quem ex oraculo ſingulis annis ei ſacrificare ſolebant, capram ſuppoſuerit: & Cephalenem à Methymnæis. Cum enim piſcatores quidam Methymnæi retis tractu Oleaginum caput cepiſſent, Apollinemq; conſuluiſſent, quænam illa vel deorum vel heroum eſſet imago, iuſſos à deo colere Dionyſium Cephalenem: & Melpomenon ab Acharnenſibus, quaſi dicas cantu oblectabilem: & Maſarin à Maſa quadam Rheæ miniſtra, cui Iupiter Bacchum à Semeles incẽdijs liberatum furtim tradidit. Acron ad illud Horatij,

" *Non ego te candide Baſſareu,*
" *Inuitus quatiam.*

Baſſareus, inquit, dictus eſt Liber pater à genere veſtis Baccharum, vnde & Bacchę Baſſarides dictæ. Baſſaris enim genus veſtis eſt ad talos demiſſę à Baſſaro loco, vbi fit. Tali enim & numina vti volunt, vt pe-

des

des veſtis deſſuxit ad imos. Fuit & Mæonius nuncupatus à Mæonia minoris Aſiæ regione, in qua nullæ ſunt arbores præter vitem. Vergilius;

— cape Mæonÿ carcheſia Bacchi.

& à Romanis Brumus, vnde Brumalia feſta dicta, de quibus ample Suidas. Diodorus ſcribit Barbatum quoque eum cognominatum fuiſſe, quòd dum orbem luſtraret, comam & barbam ſemper aluerit; & Macrobius autor eſt, eius ſimulachra fingi ſolita partim puerili ætate, partim iuuenili, præterea barbata ſpecie, & ſenili quoq́, omniaq́ ſuo more ad ſolē refert. Ipſe enim ſol hyemali ſolſtitio, cum dies breuiſſimi ſunt, paruulus eſt, recteq́ pueri ſpecie figuratur. Exinde autem creſcentibus diebus æquinoctio vernali maior eſt, ideoq́ iure iuuenili forma effingitur. Poſtea verò cum dies longiſſimi ſunt, quod æquinoctio æſtiuo contingit, optima ratione Barbatus exprimitur. Nam per Barbam pleniſſima & robuſtiſſima ætas ſignificatur. Cum autem diminuuntur dies, meritò veluti ſeneſcēs formatur. Addendum ſupradictus Diodorum accipere Oſirin & Bacchum

chum pro eodem numine, ſicut Iſidem & Cererem, quam Liberi patris vxorem facit Ouidius libro quarto Metamorph. bonam partem Bacchi cognominum complexus eſt his verſibus.

» *Thureq́; dant, Bacchumq́; uocant, Bromiumq́; Lyæum,*
» *Ignigenam, ſatumq́; iterum, ſolumq́; bimatrem,*
» *Additur his Nyſeus, indetonſusq́; Thyoneus,*
» *Et cum Lenæo genialis conſitor uuæ,*
» *Nyctelíusq́;, parens, Eleleusq́;, & Iacchus, & Euan,*
» *Et quæ præterea per graias plurima gentes*
» *Nomina Liber habes.*

Extat & Græcus hymnus de Bacchi cognominibus, quem lege, ſi plura noſſe vis, neq; enim animus fuit omnia congerere.

DE SOLE.

Caput ſextum.

SOLEM LATINE DICTVM eſſe, quòd ſolus ſit, autor eſt Cicero. Vnus enim tãtùm Sol eſt, non plures, quemadmodũ pulchrè quidem, ſed ſuperbè Alexander Magnus Darij legatis regni partem offerentibus reſpondit, ſicut mundus ſoles duos pati non poſſit, ita neq; Aſiã duos Imperatores tolerare poſſe, vel vt idẽ

ait, quòd cum exortus eſt obſcuratis omnibus alijs ſideribus, ſolus appareat. De Sole multa Plato & Iamblichus, & inter noſtros Macrobius, qui, vt ſæpius iam antè à nobis dictum eſt, omnia gentilium numina ad ſolem refert. Fortaſſis illud memoratu dignum eſt, quòd Plato Solem vocauerit viſibilem filium dei inuiſibilis. Certè Chriſtiani quem Solis diem veteres vocabant, in Dominicum cõuerterunt. Dictus eſt autem Sol Hecatos, ab ἑκὰς, quòd longè radios ſuos ad nos emittat: & Phaëthon ab inſigni claritate. eſt enim φαέθω luceo ſiue ardeo. quanquam ſæpius Phaëton pro Solis filio accipiatur. Dicitur & Ouidio Titan, fortaſſis ἀπὸ τοῦ τιτάνειν, id eſt, ab extenſione radiorum.

Nullus adhuc mundo prebebat lumina Titan.

& Vergilius:

Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; aſtra
Spiritus intus alit.

licet aliquando Titan pro Solis fratre ponatur. Sed & Hyperion nonnunquam dicitur, quòd Sol ſuper alia omnia aſtra emineat, παρὰ τὸ ὑπὲρ ἡμᾶς ἰέναι, quamuis interdum pro Solis filio vſurpetur. Colebant & Ae-

gyptij

gyptij Solem ſub Hori nomine, vt in Apolline antè diximus. De Sole ſic Orpheus.

» κλῦθι μάκαρ, πανδερκὲς ἔχων αἰώνιον ὄμμα,
» Τιτὰν χρυσαυγὴς, ὑπερίων, οὐράνιον φῶς,
» ὄμμα δικαιοσύνης, ζωῆς φῶς, ὦ ἐλάτειρα,
» μάστιγι λιγυρῇ τετράορον ἅρμα διώκων.

id eſt, audi beate, qui habes omnia intuentem oculum, Titan aureo ſplendens nitore Hyperion, cœleſte lumen, iuſtitiæ oculus, vitæ lux, equorumque agitator, flagello ſtridulo quatuor Horarumque agens currum. Appellatur autem Sol à Græcis ἥλιος, ab ἁλίζειν id eſt, ab eo quòd congregat in vnum homines cũ exoritur, vel quod circa terram ἀεὶ εἱλεῖ, id eſt, ſemper reuoluitur, vel ὅτι αἰολεῖ, id eſt, quia variat circuitu ſuo quæ terra naſcuntur, vt autor eſt Plato in Cratylo Illud non omittendum Perſas Solem dixiſſe Mithram, eiusque ſimulachrum Leonis rictum prætuliſſe cum Tiara, manu vtraque bubula premente cornua. Martianus in nuptijs Philologiæ.

» *Te Serapin Nilus, Memphis ueneratur Oſirin,*
» *Diſſona ſacra Mithram.*

& Papinius in Thebaide:

» *Adſis ô memor hoſpitij, Iunoniaque arua*

Dexter

Dexter ames, ſeu te roſeum Titana uocari,
Gentis Achemeniæ ritu, ſeu præſtat Oſirim
Frugiferum, ſeu Perſei ſub rupibus antri
Indignata ſequi torquentem cornua Mithran.

A Mithra Mithriaca ſacra dicta ſunt, in quibus moris erat eductum cornibus ex antro bouem Mithræ, id eſt, Soli gratam victimam immolare.

DE LVNA.
Caput ſeptimum.

LVNA A LVCENDO dicta eſt, vnde Vergilius:

Lucentemq; globum Lunæ.

Vel quaſi lux aliena, quòd lumen à Sole intuetur. Græcis σελήνη vocatur, quod, autore Platone, Lucem nouã perpetuò habere videatur, neq; enim Luna lumen habet ex ſe, ſed ex ſole recipit: & μήνη, à qua voce μὴν, id eſt, menſis dictus eſt: & φοίβη, ſicut Apollo Phœbus. Vergilius:

Iamq; dies cœlo conceſſerat, almaq; curru
Noctiuago Phœbe medium pulſabat Olympum.

Reliqua, quæ de Luna ad argumentũ noſtrũ pertinentia dici poſſent, vide in Diana quã ꝑ Luna accipi, ſatis ibi abũde diximus

DE TELLVRE.

Caput octauum.

INTER TELLVREM & Terram Seruius hanc ponit differẽtiam, quod Terra ipſum ſit elementum. Tellus vero dea q̃ terræ præeſt, licet apud poëtas etiam Tellus pro Terra frequenter vſurpetur. Dici tamen ſemper animaduertas ædem Telluris, non Terræ. Marcus Varro terram appellatam vult à terendo, quòd pedibus teratur. & Tellurem quidam à tollendo, quòd ea præſit tollendis de terra maturis fructibus. Hanc autem pleroſque eandem credidiſſe cum Iunone, Cerere, & Veſta, ſuperiore libro copioſe oſtendimus. Sed & Proſerpinam, ſeu Hecatem, eam vocari multi autores ſunt, vt Proſerpina dicta ſit, quaſi radicitùs terram proſerpens, & Hecate ab eo quòd eſt Græcè ἑκατὸν, id eſt, centum. Proprium enim terræ eſt centuplicatum fructum cultori ſuo rependere. Appellata eſt & Maia, teſte Macrobio, & Magna mater deûm, à magnitudine, ipſam enim arbitrati

ſunt

ſunt tanquam piam matrem maxima ſua vbertate cuncta nutrire, & ſuo gremio morientia ſuſcipere. Item Bona dea, quod omnium nobis ad victum bonorum terra cauſſa ſit: & Fauna, quod omnibus animantibus faueat. & Ops, quod ipſius auxilio vita nobis conſtet. & Fatua, quod infantes in lucem æditi nō prius fari norint, quam terram attigerint. Addit Macrobius vocatam à Romanis Medæam: & à Græcis τὴν γυναικείαν, quod tanta pudicitia fuerit, vt extra gynęceum nunquam egreſſa ſit, nec virum vnquam viderit, aut a viro viſa ſit. Homerus autem vocat eam interdum ἀπείρονα, quod infinitū ſignificat. Eſt enim σφαιροειδὴς, id eſt, Sphæræ figura, quæ propter continuum circuitum neque principium habet, neque finem. & Plutarchus nominat eam κλείτταρ ſeu κλείτταρ, vt reponit Coelius, quaſi tu dicas obſtipatam, ac vehementius clauſam, à verbo κλείω, id eſt, claudo. Dicitur & Boccatio Pales, quòd pabula gregibus & armentis præbeat, vt apud Vergilium: *Te quoq; magna Pales &c.* Quoniam autē Tellurem eandē eſſe cum Magna matre deūm paulò ante diximus, poſtulat locus hic, vt

qui huic deæ dicatus erat, Cybelem deriuauit. Illud veró omittendũ non eſt, quam Latini Opem vocauerũt, Græcos Rheam dixiſſe, ἀπὸ ῥεῖν, quod terra affluẽs ſit rerum omnium: & in Rheæ honorem Megaleſia ludos Romæ celebrari conſueuiſſe. De Tellure Dea ſic Statius in Thebaide,

—ô hominum, diuûmq; æterna creatrix,
Quæ fluuios ſyluasq;, animarum ſemina mundi
Cuncta, Prometheasq; manus, Pyrrheaq; ſaxa
Gignis & impertis, quæ prima elementa dediſti,
Mutaſtiq; uiros, quæ pontum ambisq; uehisq;.
Te penes & pecudum gens mitis, & ira ferarum,
Et uolucrum requies, firmum atq; immobile mundi
Robur, & occiduus te uelox machina cœli
Aere pendentem uacuo, te currus uterq;
Circuit, ô rerum media, indiuiſaq; magnis
Fratribus. ergo ſimul tot gentibus alma, tot altis
Vrbibus, ac populis ſubterq;, & deſuper ana
Sufficis &c.

& Plinius in 2. Sequitur terra, cum vni rerum naturę partiũ eximiæ, propter merita cognomen indidimus maternę venerationis. Nos naſcentes excipit, natos alit, ſemel æditos ſuſtinet, & ſemper nouiſſimè complexa gremio, iam à reliqua natura abdicatos, tum maximè vt mater operiens &c.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

HÆC AVTEM ERANT candide Lector, quæ de principum Deorum cognominibus dicenda habebam, quibus ſi te delectatum intellexero, præterquam quod boni viri officio functus fueris, etiá ad maiora poſt hac audendum me non vulgariter animaueris. Potuiſſem equidem de dijs inferiorum gentium, licet non tam multa, ſaltem aliqua etiam tibi legenda proponere, niſi maluiſſem hæc alijs poſt me memoranda relinquere.

FINIS LIBRI TERTII & vltimi.

Antuerpiæ typis
Antonij Goyni. Anno
M. D. XLI.

Digitized by Google

Adnotata pariter & errata quæ autor postea inuentum decreuit, & quæ ob rei nouitatem difficultatemq; typographum fefellerunt.

Folio 5. pagina 1. versu 24 lege certe Folio 8 facie 2. ver 6. le Iurisiurandi pa eadē ver 16. fructifer. vel frugi fer fo. 9 pa 1. ver 7. leg Priamum fo 11 pa 1. ver. 6 le tec tolit ver. eod eadē ver 12 le ab anicula fo 12 pa 2 ver 7 le præfectorū eodem fo eadē pa ver 15 leg Delo fol. 14 pa 1 ver 23 expūge & fo 17 pa 2 ver 19 pa ver 19 fo 18. pa 1 ver 28. le exanimasset fo 19 pa 2 ver 7 le vidi cen. fo 21 pa 1 ver ver 17 le. Vero fo 26 pa 2 ver 20 le Subo cepeniem fo 27 pa 1. ver 17 aceos fol 28 pa 1. ver. 22. expunge idē. eod pa 2. ver 3 leg philoctetem versu 11. interfeceras fo 31. pa 1 ver 27. expunge in fol. 32 pa ver. 22. le finxerant fo. 32 pag 1 ver 21 le quadgenus. fol. 34. ver 16 le Aeropen pa. 2 in græco lege ... fo 36 pa gina 2 ver 13 le potus & ver. 19 le. fum. fol 35 pa. 1 vers. 13 le nono queq; fo. 38 pa. 1 ver 25. equisitra. ver. 16 lege volgatissimum pa 1 ver 22. le promētioem fo 17. penult. ver. le spectaculi fo 42. pa 2 ver 1 le ve deletreos fo. 47 pa 1 ver 17. constituisse fo. 49 pa 1 ver vlt inolta, fo. 53. pa. 1. ver 14 susiulisset fo 57 pa. 1. ver vlt Romanai 8. fo. 59 pa 2 ve. 16 le delphinio fo 64 pa 1 ver intellige fo. 69 pa 1. ver. 9 le rebusq; fo 70 pa 1 ver. 7. Manlio fol. 71 pa 1 ver 2 vocaiue fol. 73 pa 2 ver 10. primub. ver. 12. pallentes ver 13 suada fol. 74 pa. 1. ver. 4. ... fo. 80 pag. 1. versu. 15 lege mutuetur.

Google

CRANEVELDIVS IN SVPREMA
Mechlinienſi curia Conſiliarius, in librum
Iuli.Aure.de Cognominibus
deorum gentilium.

Candide lector aues pernoſcere ſacra deorum
Nomina, quae reſerat Iulius iſte tibi.
Vnius agnoſces quam ſit reuerenda poteſtas
Numinis, & ſoli quis referendus honos.
Iampridem exploſos ſcimus Plutona Iouemq́;
Saturnum, Phoebum, Cyprida, Mercurium.
Et tamen interea coelum tenet, & ſua uibrat
Fulmina, qui quondam miſerat altitonans.
Perlege, qui omnigenas cupies tractare camoenas
Perlege qui uerſas ſedulus hiſtorias.
Et cole multifido quem nomine pagina monſtrat
Vnius & trini numen amice Dei.

Finis.

Digitized by Google